

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De orthographia dictionum e Graecis tractarum

Johannes <Tortellius>

[Venedig], 12. Nov. 1484

R

[urn:nbn:de:bsz:31-299711](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299711)

P tolemæus prima cū. p. & t. exilib⁹: atq. o. uocali: secunda cū. e. absq; diphthongo quam nonnulli in. o. conuertunt: penultima cum. a. diphthongo scribitur: nomen est. p. prium deductum a τωο λέω: quod apud æoles: idem est quod apud atticos τωο λέω sine. t. i. pugno: & est apud grāmaticos regula: q. omnia nomina desinentia in eus: & a uerbis circūflexis deducta: semper. a. diphthongum detinet in penultima: ut τωο: quod est æstimo iudico: honoro Timæus: τωο λέω Ptolemæus. Et fuerūt hoc nomine uocitati uiri q̄: plu res clarissimi. Et reges ægyptii: quibus Ptolemæus Lagi gregarii militis filius initium dedit. Nam sic teste Iustino libro. xiii. & xvii. suorum epitomatum uirtute sua humilitate patris excedens: unus ex patriciis Alexandri magni effectus est. post cuius mortem potitus ægyptum aphricamq; & magna arabia partem: post quadragesimo a. no regni sui tam amplum successoribus splendorem reliquit: quod subsequentes ægyptii omnes reges Ptolemæi ab illo dicti sunt. Reliquit hic duos filios Ptolemæum Philadelphum: & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus illi successit in regno uir sane doctissimus: & Stratonis philosophi discipulus. Qui & bibliothecam illam nominatissimam fecit: quæ usq; ad primum alexandrinum romanorū bellū durauit. Et cum a. nis triginta octo regnasset: diem extremum obiuit: cui Ptolemæus filius cognomēto Euergetes in regno successit. Hic sex & uiginti a. nos regnans moritur. Cui & filius Ptolemæus Philopater dictus successit in regno: qui cum decem & septem annis regnasset uita decessit. post quem filius eius Ptolemæus Epiphanes uiginti quattuor a. nos regnū tenuit: cui per triginta quinque a. nos Ptolemæus Philomater cognominatus successit in regno. post quem Ptolemæus alter Energetes noue & uiginti a. nis regnauit: post hūc Ptolemæus Phytho: qui & Soter etiam cognominatus fuit: decem & septem a. nis regnauit. Hūc Ptolemæus Alexander per decem a. nos successit. post quem nequissimus ille adolefcēs Ptolemæus Dionysius q. Pompeiū magnū truncari permisit ultimo regnauit. fuerūt & nonnulli alii Ptolemæi: ut filius Pyrrhi regis. Item & quidam Cypriorum rex: qui suis diuitiis romanum ditauit ararium. fuit & astrologus ex ægypto non stirpe regia: quæ longe ante illum defecerat: sed pheludensis qui floruit temporibus Traiani & Hadriani iperatorum: ut ipse in q. nto nono & decimo maioris sui operis attestatur.

P urpurissa cum. i. latino: & duplicato. s. scribitur: color est qui bombyci imixtus: mulierū genas tingere cōsueuit: de quo uidimus in dictione phucus.

Apud Græcos in initio dictionum semper aspiratur: ut in primo horum cōmentariorū libro monstrauimus.

R hadamanthus cum. th. aspirato scribitur: fuit Iouis filius ex Europa: & rex Lycia: quo tempore apud argos regnabat Danaus: hic quia uir fuit seuer⁹: & iusticiae executor: a poetis fingitur apud inferos nocentū explorare culpas: dicente Virgilio libro æncidos sexto:

Cnosius hic rhadamanthus habet durissima regna:
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri⁹
Quæ quis apud superos furto lætatus inani:
Distulit in sceram commissa piacula mortem.

R hannys ultima cum. m. ante. n. & y. græco scribitur: fuit teste Herodoto libro historiarum. vi. Vrbs in euboia: in qua Fortuna maxime colebatur. Quod Lucanus tetigit l. v. cum de euboia loqueret⁹ dicens: Et tumidis infesta colit qua numina rhamnys: unde & ipsa Fortuna a poetis nonnunq; rhamnusia dicta fuit: cōuersione scz. y. græci in. u. nostrum. ut Ouidius libro. v. tristium: Exiget ad dignas ultrix rhamnusia pœnas. & Iuuenalis in satyra.

R hannusia cū. m. ante. n. in secūda scribitur: dicebat a poetis Fortuna: ut in præcedenti dictione uidimus.

R hānetes cū. m. ante. n. & t. exili scribitur: nomen est uiri p. prium: de quo Virgili⁹ in. ix. aenci. meminit.

R hampsinus cum. m. ante. p. & i. latino utrobicq; atq; t. exili. scribitur: fuit teste Herodoto libro historiarum secūdo: rex in ægypto post Protea.

R haphanū cū. ph. aspirato scribitur: herba ē quæ & alio nomine: ut puto lapatū dicta ē: ut i. ea dictione uidimus

R hea cum. e. absq; diphthongo scribitur: fuit filia Cæli ex Vesta: & soror atque uxor Saturni: ut uidimus in dictione ops.

R hebanus cum unico. n. scribitur: est Orpheo teste in argonautica fluui⁹ in faucibus bosphori thracii. Idem Plinius in. v. suæ naturalis historia: confirmauit.

R hegyum cum. y. græco scribitur: ciuitas est teste Liuii in quarto de secūdo bello punico: i ultimo calabryæ seu brutiorum: eo scz in loco quo Italia a sicilia dirupta ē: unde & a πρυμώ: quod est dirūpo nomē assumpsit. Et rhegyni qui ex hoc sunt oppido cognominantur ab historicis. Et etiam regium sine aspiratione ipsi⁹ & i. latino oppidum aliud est in gallia cisalpina: a quo regienses ciues cognominantur ab historicis: & nō rhegyni: sicut cumani ex oppido cumarum in campania: & comenses ex como oppido galliæ. Item albani ex alba oppido quod est i latio: & albēses ex alba oppido ad lacum fucinum.

R hesus cum. e. absq; diphthongo & unico. s. scribitur: fuit teste Homero in. x. iliados: rex thraciz: qui cum

- albissimis equis & magnanimis: in adiutorium troianorum deuenisset: a Diomede & Vlyxe noctu claz ab-
 stractis i castris suis interfectus fuit. Est etiā fluuii troiani nomen: ut idem circa initium libri. xii. demonstrauit
- R hetorica cum. t. & c. exilibus: atq; .i. latino scribitur: dicitur a nostris oratoria.
- R hetor eodem modo scribitur: dicitur a nostris orator: q̄q̄ iam diuersa significare dicunt. Nam orator is
 dicitur qui causas orat uel in iudiciis uel in concionibus. Rhetor uero nō iam orator: sed rhetorica profes-
 sor dicitur: & græca declinatione facit in accusatiuo rhetora. Iuuenalis in satyra Omnibus in terris: de De-
 mosthene loquens ait: Quem pater ardentis massæ fuligine lippus: A carbone & forcipibus gladiosq; pa-
 rante Incude: & luthero uulcano ad rhetora misit: idest ad p̄fessorem rhetorica. Sane oratores nōnunq; etiā
 legati a perorando p̄ republica nominati sunt. Virgilius in. x. æneidos: lamq; oratores aderant ex urbe la-
 tina. Declamator autem is dicitur qui studiis apud rhetorem in conuentu scholasticorum fictā causam orat
 At ipse quoque rhetor: & quicumq; alius si etiam extra scholaz hoc genere utitur: siue ut alios siue ut se ex-
 erceat declamator uocatur.
- R heuma cū aspiratiōe ip̄i. r. similiter scribit. Nā dictio græca ē: quæ latine eruptio siue fluor dici potest.
- R hexenor absq; aliqua diphthongo: & cum. x. consonante scribitur: fuit teste Homero circa initium libri. vii.
 odyssæ: Naufithoi filius: & frater Alcinoi regis phæacum.
- R hinoceron cum. i. latino & c. exili scribit: animal est quadrupes habens in rhine idest naso ceras: idest cornu
 Nam & alio nomine dici monoceron nōnulli uolunt: eo q̄ unicum cornu habeat: quod aliud animal eē pu-
 to: & in fronte cornu illud habere existimo: atq; latine unicornis dici. Sed rhinoceronta habere repandum
 cornu dixit Solinus: idest recuruū: quod subinde attritum cautibus in mucronez excitat eo q̄ aduersus ele-
 phantos p̄celitur: par ipsis longitudine breuior cruribus: naturali telo alum petēs: quam solam intelligit
 ictibus suis peruiam. Estq; bestia eodem Solino teste color buxeus.
- R hynitaleus: prima cum. y. græco: sequens cum. i. latino: reliquæ sine aspiratione scribunt: fuit uir thracius:
 cuius exemplo teste Plutarcho in uita Romuli Cæsar sæpe dicere consueuerat: amare q̄dem est p̄ditionem:
 sed p̄ditores magnopere abhorrere.
- R hypes cum. y. græco scribit: populi sunt achiuorum.
- R hiphæi prima cū. i. latino: sequens cum. ph. aspirato & .æ. diphthongo scribit. Sic quoq; dicunt q̄dam scy-
 thici montes a perpetuo uentorum flatu. Nā p̄i p̄i zō græce dicit: quod apud nos flo. Virgili. i. iii. georgi.
 Gens affrana uirum rhiphæo tunditur euro.
- R hipæ prima cum. i. latino: sequens cum. p. absq; aspiratiōe & .æ. diphthongo scribit: sunt teste Seruio sup
 nono æneidos: montes in arcadia quos ad scythicorum differentiam nos sine aspiratione ipsius. p. scribere
 & p̄ferre consueuisse dixit.
- R hytius prima cum. y. græco: sequens cum. t. exili & .i. latino scribitur: fuit teste Homero libro secundo ilia-
 dos: ciuitas cretæ.
- R hythmus prima cum. y. græco: sequens cum. th. aspirato in subsequēte scribitur. Nec aliud latine q̄ nume-
 rum designat. Quintilianus libro nono de institutione oratoria: Sunt inquit numeri rhythmi: ut & Cicero
 ipse constituit: & secutus eum Virgilius cum dixit: Numeros memini si uerba tenerem. & Horatius in carmi-
 nibus: Numeris quæ fertur lege solutis. Et pergit Quintilianus rhythmi ut dixit: neq; finem habēt certum:
 nec ullam in contextu uarietatem: sed qua cœperunt sublatiōe ad positionem usq; decurrūt.
- R hœtus prima cum. æ. diphthongo: sequens cum. t. exili scribit: mons est troianus: in quo Atax telamonius:
 postq; seipm̄ interfecit sepultus fuit: unde & rhoete⁹ deducitur: qui græce ροιτεϊ οο dicitur. Sed nōnunq;
 q̄dem abiicientes. i. retinētes. e. p̄ductam: ut Virgilius in. iii. ænei. Primum rhoeteas aduect⁹ in oras. Aliquā
 do uero diphthongus ipsa a nostris diuiditur rhoeteius rhoeteia rhoeteium. Virgilius in. v. ænei. Non be-
 roe nobis: non hæc rhoeteia mater est. Doricli coni unx.
- R hodope cum unico. p. scribitur: mons est thraciæ: ut dixit Florus libro suarum historiarū tertio: Sic quoq;
 a Rhodope regina thracum ibi sepulta cognominatus. Solinus uero dixit montē esse mygdoniæ quæ por-
 tio est macedoniæ: sed utrunq; esse potest: quia conterminæ sunt regiōes: & (ut ait Serui⁹ super. iii. georgi.)
 Rhodope in plagam orientālē porrigitur: & septentrionalem reflectitur. Ideo ait Virgili⁹: Quaq; redit me-
 dium rhodope porrecta sub axem: Illic clausa tenent stabulis armenta. & reliqua.
- R hodos cum unico. d. scribitur: insula est lyciæ teste Pomponio libro secundo: & prima cycladum uenienti-
 bus ab oriente: in qua rosa capulum dicitur a nōnullis fuisse inuentum: dum urbis fundamenta foderent: a
 quo & ciuitas & insula cognominata putatur. Nam rhodos græce latine rosa dicitur. huius circuitus admi-
 randus: ut uidimus in dictione collossus.
- R hodia cum. i. latino scribit: fuit teste Hesiodo in theogonia nymp̄ha quædam filia Oceani & Tethyos.
- R hodijs eodem modo scribit: fuit teste Hesiodo in theogonia: & Homero iuxta initium. xii. iliados: fluuius
 troianus olim ex monte ida effluens: nūc uero ita deperditus: ut cōperiri non possit.
- R hodopis cum. i. latino scribitur: & facit in genitino declinatione quidem græca rhodopidos: latine uero

rhodopidis: fuit meretrix quaedam thraciz miræ pulchritudinis: quæ teste Herodoto libro historiarum secundo: una cum Aefopo captiua fuit. Illam Charaffes mythylenæus frater Sapphus poetissæ maxima pecunia redemit: ut idem Herodotus in eodem libro testatur. Cuius etiam rei meminit Sappho soror in epistola ad Phaonem cum ait: Arsit inops frater uictus meretricis amore: Multaq; cum multo damna pudore tulit. hanc eandem Plinius libro uigesimo sexto naturalis historiz: Pyramidem laudatissimam construxisse dixit: nequis opes regum miretur: ut maiore sit miraculo eam tantas opes meretricio quæstu conquisisse. asseritq; una cum Herodoto illam Aefopi fabullarum philisophi: & compositionis conferuam & cõtubernalem fuisse.

R homphæa cum æ diphthongo in penultima scribitur: dici potest framea: genus est gladii.

R hoxolani cum aspiratione principii: & x. consonante atq; unico. l. scribit: populi sunt scythici ultra danubiũ quos dici rutenos puto: de quib; in dictione bastarne uidimus.

R roma cum aspiratione principii (ut nonnulli uoluerunt) scribitur. Qui & græcum esse uocabulum ex auctoritate magnorum uirorum contendunt. Nã Solinus in initio sui operis: sunt iquit qui uideri uelint romæ uocabulum ab Euandro primum datum: cum oppidum ibi offendisset: quod extructum ante ualentiam dixerit latina iuuentus: seruatq; significatione impositi prius nominis rhomam græce ualentiam ipsam nominarunt. Idẽ Hieronym; noster a ρωμη: quod robur idicat: & ualentiam denominatã romã asserit. Vnde & Macrobius li. iiii. saturnaliũ: romani inquit ipsius nostræ urbis latinũ nomẽ ignotũ eẽ uoluerũt. Itaq; uelut nomẽ græcũ & nõ latinũ cũ aspiratione ipsius. r. illi iudẽ qui hæc inducũt scribere uoluerũt. Quoz nonnulli deinde sententiam commutantes: ut ex eorundem nouis inscriptionibus aspeximus: antiquam scripturam sequentes: absq; aspiratione romam iam scribere decreuerunt. Itaq; & nos cum illis illorum sequimur sententiam: qui romam non a græco acceptam sed latinam: & a Romulo cognominatam esse asserunt. Nam & græcus ipse Plutarchus de eo nomine unde & qua potissimum causa emanauerit: sententias cum plurimas rettulisset: eam tandem ueram esse dixit: quaz Varro & Liuius noster: & exactissimi quique græci asseruerunt: a conditore Romulo urbis romæ nomen acceptum fuisse. Idemque Salustius asseruauit. At uero Romulũ latinam etymologiam habere ex eo potissimũ constat: quod dixit Ouidius libro fastorum:

Arbor erat: remanent uestigia: quæq; uocatur

Romula nunc ficus: romula ficus erat: Quam sane ficum sic quoq; uocatam a rominando dixit Plutarch; in uita Romuli: cum sub ea pecudes æstatis tempore frigora captantes: herbas rominare consueuerũt. Vel ut dixit Plinius libro decimo quinto naturalis historiz: ab eo quod sub illa inuenta est lupa: Romulo & Remo infantibus præbens rumen: ita enim tunc ut ait: uocabant mammam. Quamobrem cum ipso. r. absq; aspiratione romam scribendam puto. Idemq; ab antiquis nostris in numismatibus: & marmoz inscriptionibus obseruatum aspeximus. Romæ igitur ambitum diuersis temporibus fuisse uarium: ex diuersorum auctoritate comprobari posse uidetur. Nã primus quidam ambitus: teste Cornelio Tacito a foro boario ubi æreum inquit taurum aspiciunt: quia id genus animalium aratro subditur: sulcus designandi oppidi coeptus: ut magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis spaciis interiecti lapides per ima montis palatini ad aram Consutii: mox ad curias ueteres: tum ad sacellum larem forumq; romanum: & capitolium nõ a Romulo: sed a Tito Tacito additum progressum est. Quæ omnia loca cum ad radices palatini montis fuerint: in sequentibus designare curabimus. Plinius uero in tertio naturalis historiz: ex Augusti traditionib; scribit urbis ambitum suo tempore milia passuuz uiginti continere: portasq; habere triginta: & tũc quoq; septem clausas esse. Flauius autem Vopiscus scribit Aurelium imperatorem ambitum urbis ad triginta milia passuum ampliassẽ: nec de portis mentionem fecit. Quarum nomina ad plenum inuestigare: ac comprehendere difficile esset. Nam cum diuersis temporibus aucta fuerit: & quæ intra ultimum murorum ambituz remanebant: portæ formam decusq; amitterent. fueritq; deinde roma diruta & contracta: illas prorsus inuestigare ac percipere uidetur impossibile. Sed earum tantum nomina explicabim;: quas apud historicos expressas cõperim;: hoc est flumentanã: collatinã: collinã: exquilinã: uiminalẽ: neuia: querquetulam: gabii: sam: lauernalem: rudusculanam: rutumenam: latinam: appiam: atq; eandem capenam: trigeminam: aureliam: fontinalem: carmentalem: quæ & scelerata dicitur: pandanamq; & liberamugoniam: quæ & trigonia cognominatur: catulariam: triumphalẽ. Quarum etymologiam & situz: ut apud approbatos auctores cõperimus: si non omnium: nonnullarum saltem explicare conabimur. Sed id primuz prænotare liceat thybrim a septentrione urbem intrare: & ex latere meridiano uersus hostiam exire. Ita ut ex latere quidem dextero uaticanum comperiat: & ianiculum: quæ duo regionem trãsthyberinam complent: a sinistro uero sit romanz urbis ambitus septem complectens colles. Erat igitur porta flumentana illa cognominata: quam thybris urbem intrans in sinistra ripæ parte relinquitur. Sic quoq; dicta teste Festo Pompeio: quod thybris eam quandoq; influxerit. Nec in aliam ex dispositione loci influere thybris potuisset: de qua Liuius i sexto ab urbe meminit cum ait: prædicta die in petilinum lutum extra portam flumentanam. Quin & illaz de cælo tractam meminit. Collatina uero porta: quæ per eundem circuitum ad sinistram thyberis partem flumẽ

tanz iam etiam contermina teste eodem Festo a collatia oppido prope romam: in quod aliarum ciuitatu;
opes fuerunt collata appellata est. De quo Liuius in primo ab urbe dixit: collatia & quicquid circa illam
agri erat sabinis ademptum est. hæc eadem multos postea annos pinciana dicta est: a palatio sibi propin-
quo. cuius teste Cassiodoro in epistolis rex ostrogotorum primus Theodoricus demolita marmora rauē-
nam portari curauit. Ad hanc consequens porta fuit quæ gabiufa dicebatur eo quod recta in Gabios du-
ceret. Vnde & Liuius in bello macedonico: gabiufam de celo tacta fuisse cōmemoret. At subsequens por-
ta grinalis dicta fuit. Sic quoq; eodē Festo teste cognominata: quæ ea in collē grinalē itur: siue quod proxi-
me eam Quirini sacellum est. hæc eadem (ut nonnulli uolunt) aliquando ægonensis dicta fuit: eo quod mons
ipse quirinalis prius ægonus cognominatus est. Alii uero aliam portam fuisse: & ad quemdam quirinalis
collem deduxisse contendunt qui eo nomine cognominatus fuit. huic proxima collina dicebatur: quæ ad
quirinalem conducebat. Quod Varro ipse de lingua latina: sic quoq; indicare uidetur cum dixit: in quiri-
nali colle plura sunt collium nomina. Nam collis triceps: ubi ædes Quirini: collis salutaris quæ triceps
collis pollinaris: qui est ad ædem Salutis: & collis mutialis: ad ædem dei Diffidii: ab qua collium uarietate
quam quirinalis habuit collis: dicta est porta collina. huic portæ propinquū fuit Veneris erycinæ templū:
de quo Ouidius libro fastorum:

Templa frequentari collinæ proxima portæ

Nunc decet. a siculo nomina rege tenent.

Et hanc eandem rerum talium curioſi illam esse dicunt: quæ iam salaria nominatur. Quod nomen prius
uiæ stratae ad fuisse Cornelius Tacitus indicat. Nam ingressum militum Vitellii imperatoris in urbem de-
scribens: inquit tertium agmen per salariam collinæ portæ appropinquabat. Festus uero ait: quod per eam
sabinum a mari salem deferebant. Sequens porta & collinæ succedens uiminalis dicta: quæ scilicet ad uimina-
lem collem ducebat. Eadem (ut nonnulli ferunt) & numentana dicta fuit: cuius etymologiam nondū com-
peri: atq; eam fuisse quæ sanctæ Agnetis nunc quoq; uocatur: nonnulli contendunt. huic exquilina succedit
qua scilicet in exquilias itur: nunc (ut ferunt) sancti Laurentii: atq; etiam tyburtina appellatur. hanc ean-
dem aliquando taurinam a capite tauri: quod illi insculptum erat nonnulli cognominatam fuisse credunt
Alii aliam taurinam ipsam extitisse contendunt. Fuit & alia quæ neuia olim nunc maior dicitur. Sequens
iam pridem est asinaria: a prisca celimontana a celio monte: nunc similis sancti Ioannis uocatur. octaua cu-
ius equitalens in angulo clausa cernitur. Metrodii porta dicebatur. Quin & omnes quas nominamus Li-
uius ipse in secundo ab urbe: cum Porſenæ obsidionem describeret: sic quoq; a maioribus cognominatas
fuisse satis ostendit. Sequens porta (ut omnes coniectantur etiam nunc nomen retinet) latina dicta fuit:
quod ea in latium ducebat. Eadem uel illi propinqua capena dicebatur: de qua Solinus Italum inquit re-
gem de insula siciliæ cum syracusanis ad lanum peruenisse: ac eius consilio auxilioq; ciuitatē iuxta albu-
lam condidisse capenam nomine: qua postmodum portæ capenæ nomen fuit. De eadem Iuuenalis in sa-
tyra Vmbrii: qui unica rheda domum totam ad eumas deferebat inquit: Substitit ad ueteres arcus: quos
latericios a Romulo constructos dicunt. Nec florentes postea opibus romani passi sunt in marmora com-
mutari: ut antiquitatem & memoriam conditoris conseruarent: madidamq; capenam: ratione scilicet fon-
tium propinquorum: Hic ubi nocturnæ numa conſtituebat amica: Nunc sacri fontis nemus & delubra lo-
cantur. Iudæis eadem uiam stratum habet: neapolim usque ducentem: quæ appia dicta fuit. Nam etiam ro-
mæ porta trigemina: per quæ ut dicunt trigemini fratres Horatii exierunt: quando Curatios deinde an-
te albam occiderunt. Sed teste Liuius tertius qui superstes remansit: porta capena rediit. de illa tamen sæ-
pissime meminit Liuius: ut in bello macedonico ædiles inquit eo anno porticum unam extra portam trige-
minam emporio ad thybrim addito fuerunt. & libro quarto ab urbe Minutius extra portam trigeminam
boue aurato donatus est. hanc eandem esse quæ hostiensis deinde dicta fuit: eo quod hostiam uetus du-
cat quidam affirmare non dubitant. nunc uero sancti Pauli cognominari dicunt: quia ad eius ædem cele-
berrimam uergit. Ego uero an eadez sit: uel alia affirmare nequeo: sicut nec de porta aurelia: an ea sit quæ
in loco ianiculi edito etiam nunc conspicitur: & sancti Pancratii ob propinquitatem ad illius ædem appel-
latur: & illa fontinalis quæ ex ianiculo in uaticanum dimittit (sicet hoc quidem nonnulli certum asserant)
hoc tamen ex Festo habemus fontinalia fontium sacra esse: unde & romæ fontinalis porta. Et quia dixit ro-
mæ non puto id ianiculum contigisse: quod extra romam transhyberim erat: & magis capenam fuisse ex-
istimo iuxta quam fontes erant: qui eam madidam reddebant. Vnde ait Liuius in bello macedonico: cen-
sores uiam sternendam a porta capena ad Martis ædem locauerunt. Et alio libro in eodem bello: ædiles
alteram porticum ad portam fontinalem ad Martis aram: qua in campos iter esset perduxere. Fuerunt
aliarum: ut retulimus portarum nomina: quæ uel intra breuioris circuitus muros: uel amplioris locatae
erant: uel forte etiam eorundem alio tempore fuerunt obseruata nomina. Quod exacte discerni posse im-
possibile existimo. Ceteri tamen sumus Romulum ipsum in suæ urbis constructione: tres portas statuisse:

tinam carmentalem: quæ & scelerata dicta fuit. Aliam pandanam: quæ & libera. Tertiam mugoniam: quæ & trigonia: hoc est trium angulorum cognominata fuit. Varro tamen dixit pandanam saturniæ: urbis nomen portæ fuisse: non dixit romæ. Verum eum locum roma postmodum complexa fuit: ut in sequentibus apparebit. Itaque roma aucta etiam portarum nomen detinuerunt. Carmentalis porta a Carmente matre Euandri: quæ inibi prius habitauerat dicta fuit. Illa uero carminibus quibus responsa dabat: cuius Nicostrata uocabulo græco uocaretur. Quare dixit Virgilius in octauo aeneidos:

Et carmentalem romano nomine portam.

Sed postea teste Festo scelerata uocata est: quod per eam trecenti Fabii cum clientibus quinque milibus egressi: aduersus hetruseos ad annem cremeram omnes interfecti sunt. Vnde etiam de illa ait Ouidius libro fastorum sic dicens:

Carmentis portæ dextra est uia proxima iano:

Ire per hanc noli quisquis es omen habet.

Illa fama refert fabios exisse trecentos.

Porta uacat culpa: sed tamen omen habet.

At uero pandanæ & mugoniæ etymologiam nondum comperi. Querquetulana autem porta: de qua supra mentionem fecimus: ubi fuerit incertum habemus: ea tamen sic quoque cognominata fuit: teste Festo quod quercum intra muros iuxta se habeat. Quin & de lauernali sic inquit: Lauerniones fures antiqui dicebant: quod sub tutela deæ Lauernæ essent: in quouis loco obscuro abditoque. hinc & lauernalis porta hæc illius uerba. Rudusculana eodem teste appellata est: quasi rudis & impolita sit relicta. Dixit etiam rutumenam. Item Festus a nomine cuiusdam aurigæ cognominatam fuisse. Quin & Catulariam sic quoque cognominatam uoluit: quia aut longe ab ea ad placandum caniculæ sidus inimicum frugibus ruffæ canes immolabantur: ut fruges maturefcetes ad maturitatem perducantur. Triumphalis uero porta: quæ inter alias ultimam nominauimus: omnium romanæ urbis celeberrima fuit. Sic quoque cognominata quia per eam & nullam aliam triumphum agebantur. huius portæ adhuc intime fundamentorum molles in extrema thybridis ripa conspici possunt: & pons similiter ad illam conducentis: cuius pilarum bases a crustis marmorum decrustatæ in ipso thyberis ab portæ ripa: usque ad hospitale Sancti Spiritus: etiâ nostro tempore decernuntur: a quo loco usque ad Neronis circum: in quo Cæli Calliculæ obeliscus aspicitur: quæ nunc quoque corrupte Iulia nuncupatur: & ad sinistrum latus basilicæ beati Petri adiacet: triumphale territorium nuncupatur. Sed de porta meminit Iosephus approbatissimus historicus libro septimo: de captiuitate iudaica: ubi Vespasiani principis & Titi filii de iudæis triumphum describens ait: ipsos enim imperatores: qui non in palatio maiori: sed in Iudis templo nocte quieuerant ad octauianas ambulationes transiisse: ubi eos senatus & honorati equites præstolabantur. Et cum fauor militaris eos de meritis honorasset laudibus: uotis rite celebratis ad portam recessisse: quæ ab eo quod per illam semper triumphorum pompa duceretur nomen accepit: finisque pompæ erat Capitolini Iouis templum. Suetonius etiam de funere Octauiani loquens ait: quosdam senatores censuisse Augusti funus porta triumphali ducendum. Sed de territorio triumphali non parum est testimonium Damasci: qui scripsit beatum Petrum sepultum fuisse in uaticano iuxta territorium triumphale. Verum & triumphale territorium & adhaerentia illi loca uaticani nomen a uaticano colle assumpserunt. De quo Iuuenalis in satyra Credo pudiciam: meminit cum ait:

Et uaticano fragiles de monte patellas. Martialis & cum ait:

Quid te tuca iuuat uetulo miscere phalerno

In uaticanis condita musta cadis?

Nam & patellæ olim ut nunc ex creta Vaticanæ Montis formabantur. Sed unde collis ipse Vaticanæ nomen assumpserit: dixit Festus: quod eo potius sit populus romanus uatum responso: pulsus hetruseis. Gellius uero in libro noctium atticarum decimo octauo: Agrum inquit uaticanum & eiusdem agri deum præsidem appellatum accepimus a uaticiniis: quæ ui atque instinctu eius dei in eo agro fieri solita erant.

Sed præter has causas: & aliam rettulit Varro in libris diuinarum rerum dicens: Quemadmodum aruis deus appellatus: araq; ei statuta infima uia noua: quod eo in loco diuinitus uox edita erat. Ita uaticanus deus nominatus: penes quem essent uocis humanæ initia: quoniam pueri simul atque parti sunt eam uocē edunt quæ prima in uaticano syllaba est. Iccircoque uagire dicit exprimente uerbo sonum uocis recentis. Et constat iam uaticanum collem eum esse qui ecclesiæ beati Petri adiacet: nec supra illum: aut propinquum fuisse Neronis palatium: ut inscii quidam mentiuntur: de quo in sequentibus pertractabimus. Sed teste Cornelio Tacito: apud quem gesta Neronis particulariter describuntur: Clausit inquit Nero in ualle uaticana spatium: in quo equos regeret: haud promiscuo spectaculo: de quo in dictione circus: & in dictione obeliscus satis uidimus. Et subdit idem auctor Neronem apud nemus: quod nauali stagno circum posuit extru

xiffe conuenticula: & cauponas reliquaq; qui legere cupit ibidem poterit. Rettulit etiam Plinius circa finem. xvi. suae naturalis historiae libri: uetustiores urbe suo tempore in uaticano illic esse. In q̄ titulus aereis litteris & hetruscis: quae religione arborem iam tunc dignam fuisse significant. Sed praecunctis rebus celebrior & religiosior conspicit uaticanus reliquiis beati Petri & eius excelsa basilica: ac romani pontificis palatio: quod Nicolaus papa eo nomine secundus primum fundauit: ac grande uiridarium fortissimis muris cinxit. Sed iam mirum in modum: & pene incredibili ornatu instaurat id Nicolaus quintus totius orbis deliciae: ac religio: qui diuina sua uirtute pontificatus maximi gradum summum ascendit. Vaticanum uero primitus Leo papa quartus muro muniuit: & de suo nomine ciuitatem leoninam uocauit. Ea sex portas etiam nunc stantes habet. Quarum prima in ianiculum dimittens ab ecclesia cui subiacet sancti spiritus nomen accepit. Alia est edito in colle sita pertusa: hoc est perforata uocatur. Tertia iuxta metam a sinistro latere a posterulano quodam Saxone iuxta illam habitante: posterulae nomen accepit. Quarta quae pontificis uiridario subiacet: ab ecclesia beati Peregrini nomen accepit: nunc uiridaria uocatur. Quinta iuxta metam Hadriani: quod nunc castrum sancti Angeli uocatur: & qua in campos iter sancti Angeli porta uocatur. Sexta ea est: quae similiter sub ipsa Hadriani meta ad urbem per pontem ipsius Hadriani condita uocatur: atq; ab aeneis foribus aenea uocatur. Et haec haecenus.

Nunc de collibus urbis uidendum restat: qui septem ab auctoribus describuntur: dicente Virgilio libro georgicorum secundo:

Scilicet & rerum facta est pulcherrima roma:

Septemq; una sibi muro circumdedit arces.

Quorum nomina sunt Capitolinus: idem & Tarpeius: Auentinus: Palatinus: Caelius: exquilinus: Viminalis: & Quirinalis. Ianiculus uero regionem ipsam totam transhyberinam: excepto uaticano indicat: sed absq; ianiculo: & uaticano septicoellis ipsa urbs dicebatur. Vnde apud romanos ipsos antiquitus festa erat quae septimontinalia uocabantur. Capitolinus igitur mons teste Varrone de lingua latina dictus est: quod cum in eo fundamenta aedis Iouis foderentur: eadem uerum inuentum est. Et ut addit Lilius litteris tu scis annotatum. Sed ante hoc ipsum nomen eodem Varrone teste tarpeius a Tarpeia uirgine uastali dicebatur: quae ibidem quoq; a sabinis necata armis: & sepulta fuerat: quod etiam nunc teste Varrone tarpeum saxum appellatur. Et ut idem pergit hunc antea montem saturnum appellatum prodiderunt: & ab eo late saturniam terram. Et etiam Ennius appellat antiquum oppidum in hac fuisse saturnia scribitur. Eius nestigia etiam nunc inquit Varro manent tria. Quod Saturni fanum in faucibus. Quod saturnia porta: quam Iunius scribit: ibi quam nunc uocant pandanam. Quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus priuatis pariete: postici muri sunt scripti. haec ille. Fuit in hac arce capitolii celeberrimum Iouis optimi maximi templum: de quo sic inquit Cornelius Tacitus in decimonono suarum historiarum: uouerat Tarquinius priscus rex bello sabino sedem Ioui optimo maximo laetitiae fundamenta spe magis futurae magnitudinis: q̄ tunc populo romano competeret. Mox Seruius Tullius fortiorum studio adiacet aliquid. Deinde Tarquinius superbus capta suessa & pometia per hostium spolia fecit. Sed gloria operis libertati seruata pulsus regibus Horatius puluillus iterum consul dedicauit magnifice. uerum teste Lactantio cum Tarquinius capitolium facere uellet: atq; in eo loco multorum deorum sacella essent: consuluit eos praesentia auguria utrum Ioui cederent. Et cedentibus caeteris solus deus terminus mansit: qui lapis erat informis ac rudis. Vnde illum Virgilius capitolii immobile saxum uocat: & eum esse dicebant: quem pro Ioue Saturnus dicitur uorasse: de quo

Sed facto capitolio supra ipsum terminum foramen est in tecto relictum: ut quia non cesserat libero telo frueretur. Fecit etiam Augustus in capitolio aedem Ioui tonanti: dicente Suetonio: Tonanti Ioui aedem in capitolio consecrauit: liberatus periculo cum expeditione cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset: unumque praesentem exanimasset. Fuit & in eadem arce Iunonis monetae templum: quod per hunc quoque modum ipsi deae in capitolio dicatur fuit. Nam capta urbe a gallis: & obsessio capitolio: anseres ibidem erant Iunoni sacra: a quibus teste Lilio libro quinto ab urbe: romani etiam in magna ciborum penuria abstinebant. Sed gallicum nocte sublustri tanto cum silentio ad summum capitolii uenissent: ut non modo custodes: uerum canes fallerent: anseres ipsos sacros non sefellere. Quorum clangore & allarum strepitu excitus. M. Manlius: qui ante tertio anno consul fuerat: & cuius aedes in arce capitolii structae erant: correptis armis & alios ad arma ciens: gallos in ruinam: & praecipitium dedit. Quod & Virgilius in. viii. aeneidos tetigit cum ait:

In summo custos tarpeiae manlius arcis

Stabat pro templo & capitolia celsa tenebat.

Romuleoq; recens horrebat regia culmo:
Atq; hic auratis uolitans argenteus anser:
Porticibus gallos in limine adesse canebat.
His successibus elatus Manlius cum in maximas diffensiones cum Camillo: ex inuidia ut creditur deuenisset: a tribunis militum consulari potestate creatis: damnatus crimine regni de tarpeia rupe: quam a galhis tutatus fuerat: in thyberim præcipitatus occubuit: ut cuius diruta domo Iunonis ædes constructa fuit.
Dicente Liuii libro septimo ab urbe: dictator scilicet Camillus ædem Iunoni monetæ uouit: cuius damonatus uoti: cum uictor romam reuertisset: dictatura se abdicauit. Senatus duumuiros ad eam ædem p. amplitudine reipublicæ faciendâ creari iussit: locus in arce destinatus quæ arca ædium. M. Manlii capitolini fuerat. Vnde inquit Ouidius libro fastorum quinto:
Arce quoq; in summa iunoni templa monetæ:
Ex uoto memorant facta camille tuo.
Ante domus manli fuerat: qui gallica quondam
A capitolino reppulit arma ioue.
Sed ob quam causam dicta fuerit monetæ ostendere uidetur Cicero libro diuinationum primo cum ait:
Post illam cladem maximam a senonibus gallis factâ: audita uox ex arce Iunonis fuit: ex quo Iuno illa appellata monetæ est. hæc ille. Ita ut si ante id tempus ab aliquo Iuno ipsa monetæ appelleretur: non quidem tunc quoque: sed quia postea monetæ appellata fuit intelligendum est. Fuit etiam in eadem arce capitolii Mineruæ delubrum: ut ostendit Plinius libro trigesimo quinto naturalis historiae. Nam loquens de Nicomacho pictore inquit: pinxit raptum Proserpinæ: quæ tabula fuit romæ in capitolio i Mineruæ delubro. & libro trigesimo quarto scripserat: molles quippe excogitatas uidemus statuarum: quas colossos uocant. Talis est in capitolio Apollo translatus a Lucullo ex appollonia ponti urbe triginta cubitorum quingentis de talentis factus. Et infra subdit: habet in eodem capitolio admirationem & capita duo. quæ Publius Lentulus consul dicauit. Alterum a Carete Iindio Lyssipi discipulo factum. Alterum fecit Decius comparatione in tantu uictus ut artificium minime probabilis artificis uideatur. Dixit etiam Herculem esse in capitolio qui a tarento fuit translatus. Et ut breuiter in his concludam testatur Seruius super secundo æneidos librum: ubi ait Virgilius.
Ecce autem panthus telis elapsus achiuum:
In capitolio omniū deorū simulachra celebrari. Ex quo dixit Ammianus historie li. uigesimo secundo: rerum gestarum huius totius arcis ornamenta quibuscunq; ægyptiorum miraculis sunt anteposenda.
Quare circa capitolia cognominantur a Virgilio libro octauo æneidos. Ad hanc autem arcem Cuius erat publicus non longe ab eo loco incipiens: ubi pons erat sublicius: qui iam sanctæ Mariæ uocatur: ut in sequentibus ostendemus: quo iter a ianiculo in fora ducebatur. De quo Ouidius libro fastorum primo inquit:
Vtq; leuis custos armillis rapta fabinos
Ad summæ tacitos duxerit arcis iter
Inde uelut nunc est per quem descenditis inquit
Arduus in ualles per fora clius erat.
Nam circa eum locum (ut uidebimus) duo fora iungebantur: boarium scilicet & piscarium. Boarium id dicebatur forum quod inter palatinum & arcem capitolinam constitutum erat. In quo & lacus curtius continebatur: Dicente Varrone de lingua latina: in foro lacum curtium a Curtio dictum constat. Et subdit. Estque de illo triiceps historia. Nam procius non idem prodidit quod Piso: nec quos is Cornelius a Prociusio relatum in eo loco dehisse terram: & id ex senatus consulto ad haruspices relatum esse responsum: deum Manlio pestilitionem postulare. Idem ciuem fortissimum eodem mitti. Tum quendam Curtium uirum fortem armatum ascendisse in equum: & a concordia uersum cum equo in eo præcipitatus. Eo facto locum coisse: atque eius corpus diuinitus humasse: ac reliquisse genti suæ monumentum. Piso in annalibus scribit fabino bello quod fuit Romulo & Tatius: cum Romulus cum suis ex superiore parte impressionem fecisset: Metius Curtius fabinus uir fortissimus in locum palustrem: qui tum fuit in foro antequam cloacæ sint factæ secessisse: atque ad suos in capitolium recepisse: ab eo locum inuenisse nomen. hæc Varro. Cui & Liuius in septimo ab urbe: assentiri uidetur. Quam sane opinionem Plutarchus ipse in uita Romuli lati⁹ etiam pertractauit. Quin & Ouidius in libro fastorum. vi. sic quoq; dixit:
Curtius ille lacus siccas qui sustinet aras:
Non solida est tellus: sed fuit ante lacus. Et pergit Varro ad ea quæ dixerat subdens: Cornelius uero & Lucilius scribunt eum locum esse fulguritium: & ex senatus consulto septum esse. Id quia factum est a Curio consule: cum M. Megentius fuit collega: curtium appellatum. Sed ut diximus hoc quoq; forum in quo

curtius locus erat: boarium uocabatur. quod hac ratione expressisse uidetur Cornelius Tacitus libro histo-
riarum primo: quia eo in loco boues ad sulcum pro ambitu urbis designandæ adhibiti primus sunt: ita ut
ubi sulcus coeptus est: æneus sit taurus. Quod etiam opinari facit capita bouum: quæ pene omnibus romanis
ædificiis insculpta uidemus: quasi ab optimo fieret bouis augurio: quod in designanda urbe conceptum
fuit. Alii a boue boarium cognominatum forum dicunt: quem Hercules ibidem deuictio Caco Ioui imo
lauit: de quo Ouidius libro fastorum:

Immolat ex illis taurum tibi iuppiter unum

Victor: & euandrum ruricolasq; uocant:

Constituitq; sibi quæ maxima dicitur aram

Hic ubi pars urbis de boue nomen habet. Alii de bobus inibi uendundis & emundis dictum putant. Indu-
cuntq; in argumentum portam quandam marmoream circa ea loca adhuc restantem: hoc est ad latus eccle-
siæ beati Georgii in uelabro: ubi hæ litteræ inscriptæ sunt. Imperatoribus Lucio Seuero Septimio: & M.
Aurelio Antonino: & Iulie Augustæ matri negotiantes boarii eorum numini. Vnde & Varro de lingua la-
tina ostendere uidetur dicens: Quo quid generatur conferrent forum appellatum additumq; ab eo cogno-
men: ut forum boarium. Macrobius in tertio saturnalium libro: romæ autem inquit: uictoris Herculis ædes
sunt duæ: una ad portam trigeminam: altera in foro boario: huic & piscarium forum coniunctum uidetur
quod iuxta thyberim fuisse idem Varro de lingua latina ostendere uidetur dicens: Secundum thyberim ad
ianum forum piscarium uocant: hoc est iuxta ianum: de quo Ouidius in libro fastorum primo: deum ipsius
interrogat dicens:

Cum sint tot iani cur stas sacratus in uno:

Hic ubi iuncta foris templa duobus habes.

Ad quem Ianus respondens historiam refert belli sabini: quod uirginum raptarum gratia commissum est quo
cum romani portam: quæ sub radicibus collis erat: & ab aduentu ianualis postea dicta fuit: claudere festina-
rent: quia in illam hostes ruebant: mox ut clausa est patefacta fuit. Vnde ait Ouidius id Iunoni ipingens:

Et iam contigerant portam saturnia: cuius

Demperat oppositas inuidiosa feras.

Et ut dixit Macrobius in saturnalibus cum iterum: ac tertio idem contigisset: armati plurimi pro limine fle-
tere custodes. Sed cum ex parte aduersa acri prælii certaretur: proferretq; fama nostros fugere territi ad-
itum reliquerunt. Tunc per patentem portam hostes irruunt. Sed repente fertur ex eo loco ubi ædes est Iani:
per hanc portam magna fluuenta aquarum feruentium decurrisse multasq; cateruas hostium: tunc ex feruore
tum rapida uoragine deperisse. Vnde loqui pergit Ianus apud eundem poetam:

Cum tanto ueritus committere numine pugnam. i. cum Iunone.

Ipsæ meæ moui callidus artis opus:

Oraq; qua pollens ope sum fontana reclusi

Sumq; repentinas eiaculatus aquas

Ante tamen calidis subiaci sulphura uenis:

Clauderet ut tacito feruidus humor iter.

Itaq; in eo loco ubi aquæ illæ calidæ defluerunt templum Iano a Numa constructus fuit. Quod teste Liuiio
in primo: Ille index belli pacisq; fecit Numa apertum ut in armis esse ciuitatem. Clausus pacatam circa om-
nes populos significaret. Nam cum apertum erat profecti ad bella sperare uidebantur suffragia opitulante
deo: dicente eodem apud Ouidium:

Vt populo reditus pateant ad bella profecto.

Tota patet dempta ianua nostra sera

Pace fores obdormere qua discedere possit. Virgilius uero dixit: ut intus furor coerceretur: Scæua sedens sup
arma: & centum uinctus aeris: Post tergum nodis fremit horridus ore cruento. Sane teste Liuiio bis deinde
post Numæ regnum clausum fuit. Semel Tito Manlio consule post primum punicum perfectum bellum.

Iterum ut ait quod nostræ ætati dii dederunt: ut uideremus post bellum ætiacum ab imperatore Cæsare Au-
gusto pace terra marisq; parta. Rursum & tempore Vespasiani clausum fuisse Suetonius est auctor. Sed tem-
plum ipsum nonnulli hæ ipsa curiosius perferunt etiam nostræ ætate integrum aspici asseruerunt: ex can-
dido scilicet marmore patentibus quadrifariam portis iuxta sanctum Georgium in uelo aureo. Vnde cli-
uus publicus ad capitolii arcem incipiebat. De quo Seruius supra septimo æneidos dixisse uidetur: cum ait
captis phaleris ciuitate tusciæ inuentum est simulacrum Ianicum frontibus quattuor. Vnde quod Numa
instituerat translatum fuit ad forum transitorium: & quattuor portarum unum templum est illi institutum
hæc ille. hoc ignari quidam Boetii domum uocant. Nec minus ignare ecclesiam beati Georgii in uelo au-
reo uocitant. Cum locus ille Varrone teste uelabrum: & non uelum aureum diceretur: ut quum de auen-
tino monte tractabitur ostendemus. Scribit etiam Suetonius de Cæsare: quod gallici triumpho die uelabrum

præteruehens pene curru excussus est axe distracto. Ascenditq; capitolium ad lumina sexaginta elephantis
dextra & sinistra lychnos gestantibus: sed quia Iani templum ad sinistrum argiletum fuisse dixit Liius. Quid
id argiletum fuerit dicemus. & teste Seruio supra octauo aeneidos: loc⁹ erat: qui uel ab argilla terra pingui
dicitur: uel ab Argo hospite Euandri: qui cū Euandro insidias parasset. ab ipsius Euandri lotis interfect⁹ fuit
Cui tamen hospitalitatis gratia Euander locum & sepulchrum consecrauit. Vnde cum Virgilius Euandrum
induceret ea loca monstrare Aeneas subdit:

Necnon & sacri monstrat nemus argileti:

Testaturq; locum: & lectum docet hospitis argi. Verū & præter ea duo fora: quæ supra nominauim⁹: boar
rium scilicet & piscarium: nonnulla alia romæ fuisse diuersis ex auctoribus recollegimus. Vnum scq; quod
forum romanum simpliciter dicebatur: consuetum quidem post boarium iuxta palatium in uia sacra ad ra
dices capitolii & arcum Seueri: ut infra uidebim⁹. Aliud uero Traiani forū dicebatur: quod ille mirabili
bus ædificiis struxerat. Nam teste Aniano libro decimosexto de rebus gestis: Constantis filii Flauii Con
stantini magni. Cum primum inquit Constantinus ex constantinopoli ubi natus educatusq; fuerat: romam ue
nit. Vrbe inspecta obstupuit. & infra subdit: uerum cum ad Traiani forū uenisset: singularem sub omni cæ
lo structuram: ut opinamur æternam momentum ascensionem mirabilem habebat attonitus perq; gigantes
contextus circumferens mentes: nec relatu effabiles: nec rursus mortalibus appetēdos. omni itaq; spe huius
modi quicq; conati depulsa Traiani equum solum locatum in atrii medio: qui ipm principē uehit imitari
se uelle dicebat & posse: cui prope altis regalis Ormusda respondit: Ante stabulum talem condas: hæc ille
in cuius fori partem structuræ cellarum admirabiles fuisse depræhenditur: quas dicunt Traiani principis
milites habitasse: quib⁹ a Bonifacio summo pontifice eius nois octauo sup iniecta fuit turris: quæ militiæ
appellatur. fuit i eodē foro & adhuc integra conspicit colūna altitudinis centum quadraginta cubitorum:
ut quidam ferunt: intrinsecus qdem cochlea: extrinsecus uero res gestas præstantissimi principis admirabili
opere super insculpta. Ad cuius basim incisa litteræ ostendunt terreum collem: qui eius turris altitudinem
æquabat: ut area fieret plana. Inde operibus effossum asportatumq; fuisse iuxta hoc forum uersus ecclesiā
Hadriani martyris. aliud prius forum instructum fuerat a Nerua: quod transitorium dicebat: ut Heli⁹ Spar
tianus in Alexandri Seueri uita: his quoq; uerbis indicauit. Statuas inq; locofas uel pedestres nudas uel eq
stres diuis imperatoribus in foro diui Neruæ: quod transitorium dicitur locauit: omnibus cum titulis & co
lumnis æreis: quæ gestorum ordinem continerent. hæc illius uerba. Sed ob id quoq; transitorium dictum
comiicimus: quod ex eo ad alia ppinqua contiguaq; fora transfretur: ad romanum scilicet & traianum. Nā
a Petro bibliothecario scriptum legimus ecclesiā beatissimi Hadriani in trib⁹ foris ab Honorio romano
pontifice eius nominis primo ædificatam fuisse: iuxta quam portas cuiusq; fori admirabiles etiā conspice
re libet: q; ab ignaris quibusdam Cæsaris domus pars fori traiani dicatur. legimus insuper & in Plinio: &
in aliis alia duo fuisse fora: unum Cæsaris dictatoris: aliud Diui Augusti. de foro Cæsaris dixit i. xxxiiii. natu
ralis historiæ cum ait: Cæsar quidem dictator loricate sibi dicere in foro suo statuam passus est. De foro
uero Augusti sic inquit Suetonius: plurima opera publica extruxit: e quibus præcipue forum cū æde Mar
tis ultoris. Plinius similiter de hoc ipso foro frequentius meminit. Nam in uigesimosecundo inquit: Aem
lianum donatum obsidionali corona in aphyrica: quod statuæ eius in foro suo Diuus Augustus inscripsit.
Item & in trigesimo quinto: super omnes inquit Diuus Augustus in foro suo i celeberrima parte posuit ta
bulas duas: quæ belli faciem pictam habent: & triumphum. & i eodem libro: ubi opera apellis indicat. Ro
mæ inquit ex illius picturis Castorem etiam habemus: & Pollucem cum uictoria & Alexandro magno. Itē
belli imaginem restrictis ad terga manibus Alexandro in curru triumphante. Quas utraq; tabellas Diuus
Augustus in fori sui celeberrimis partibus dicauerat. Gellius etiam in nono nocturnum atticarum: Statuam
inquit Valerio Coruino Diuus Augustus in foro suo statuendam curauit. In eius statuæ capite corui simu
laerum est rei pugnaq; quam diximus monumentum. At uero huiusce fori extruendi: ut dixit Suetonius:
causa fuit hominum & iudiciorum multitudo: quæ uidebatur insufficiens duobus: & tertio indigere. Itaq;
festinantius necdum perfecta Martis æde publicatum est. Cautumq; ut separarentur in eo publica iudicia:
ac fortitiones iudicum fierent. hæc ille. Sed quæ fuerint ea duo fora: in quibus iudicia dabant: non habeo
certum: sed puto romanum & Cæsaris: sicq; postea in tribus fieri: hoc est etiam in foro Augusti Diui: dicite
etiam Martiale in. iii. epigrammatum:

Causas inquis agam cicerone discertius ipso:

Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Et ut sequitur Suetoni⁹ ædem Martis bello philippensi p ultōne pa
terna suscepto August⁹ uouerat. Sanxit ergo: ut de bellis ibi triūphisq; cōsulere: huc senatores puicias cū
iperio petitori huc deducerent q; uictores redissent: huc insignia triumphoq; cōferret. Sed hæc hæc
nus. Nūc de auentino colle dicendū est: de cui⁹ nomine Varro sic ait: Auentinū aliquot de causis dicūt. Ne
uius ab auib⁹: eo q se a thyberi ferrēt aues. Alii a rege auentino albano q; ibi sit sepulc⁹. Alii auētinum ab
ædiuētū hoim: quod cōmune latinog; ibi Dianæ templum sit constitutū. Sed ut ait: Ego maxime puto qd a

uehendo auentinus sit dictus: quod cum mons ipse a cæteris partibus urbis paludibus esset exclusus uehebantur ad illum nauibus homines. Cuius uestigia quod ea pars dicitur uelabrum: & ab eo uehedi actu uelatura: sicut merces a marcando: & aere. hæc ille. At uero Liuius secundum quam rettulit opinionez asseruit Idem Ouidius in. iiii. fastorum cum ait: Venit auentinus post hos: lacus unde uocatur Mons quoque. Et in xiiii. metamorphoseos libro inquit:

Tradit auentino q quo regnarat eodem

Monte iacet positus: tribuitq; uocabula monti. fuit super hoc monte ara: quam Liuius libro primo ab urbe: dixit primam in auentino Herculi ab Euandro positam. Idem in eodẽ libro refert Numã Ioui elicio arã dedicasse. fuit & super illo templum Lunæ sacrum: de quo Ouidius libro fastorum:

Luna regit menses: huius quoq; tempora mensis.

Finit auentino luna colenda iugo. fuit in super & in illo templum sumptuosissimũ sacratum: quod de parte prædæ ueientanæ Camillus uouerat: ut Liuius in qnto ab urbe testat. fuit & ædes Libertatis quam Gracch⁹ teste Liuiio de secũdo bello punico ex multatitia pecunia faciendum curauit. Quã & Plinio teste libro. xvi. naturalis historia: fuit super eodem monte lauretum filia Ioui sacrata. fuit etiã aqua claudia: forma: quæ teste Cassiodoro ex calio monte in auentinũ perducebat. Sub illo uero fons fuit: de quo oli bibebant Fau-nus & Picus satyri: iuxta quem Numa uinũ ponens satyros inebriauit. Vnde Ouidius:

Lucus auentino suberat niger ilicis umbra:

Quo posses uiso dicere numen inest. & reliq;. fuit & maioris famæ spelunca Caci: ex eo sez latere montis: quo auentin⁹ in palatinũ spebat: de quo late Virgili⁹ in. viii. æneidos. & Ouidi⁹ in fastis:

Cacis auentinæ timor atq; infamia siluæ. Et hæc de auentino.

Nũc ad palatinũ accedendum est. Cui⁹ uocabuli cãm reddidit Varro de lingua latina cũ ait: Quartæ regio-nis palatium: quod palantes cũ euandro uenerũt: qui & palatini aborigines ex agro reatino: qui appellat palatium ibi confederunt. Sed hoc alii a Palantia uxor: Latini putarunt. Eundem hunc locum a pecore di-ctum putant quidam. Itaq; Neuius balatium appellauit. hæc Varro. & licet cum unico. l. scribatur: eius ta-men prima longa a poetis ponitur: ut Martialis epigrammatum libro quarto asseruit: Possessa malis pala-tia regnis. Verum & ante has Varronis designationes puto pallanteum cum duplicato. l. cognominatum: cum dicat Virgilius in. viii. æneidos:

Arcades his oris genus a pallante profectum:

Qui regem euandro comites qui signa secuti

Delegere locum: & posuere in montibus urbem:

Pallantis proau⁹ de nomine pallanteum. Et infra idem ait. Nobile pallanteum. Vel forte pallanteum urbs: aut pro auo Euandri: aut ut asserit Plinius libro quarto naturalis historia: a pallantio urbe arcadiæ cogno-minata fuit. Et palatium ac palatinus mons ex causis: quas supra posuit Varro super hoc monte: ut ex Cor-nelio Tacito accepimus primo urbs roma ædificata fuit. Et in eo reges primo: deinde consules: postea im-peratores maiori ex parte sedem habuerunt. habuitq; etiam teste Liuiio libro ab urbe condita tertio: ædes Vani ducis Fudani: quæ Vani prata diruto ædificio publicatoq; sunt appellata. & in bello macedonico di-xit idem Liuius. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedica-tionem factos megalesia appellatos. Et in. viii. de secũdo bello punico: matrem inquit magnam deũ a græ-cia aduectam in ædem uictoriae quæ in palatio pertulere. fuit etiã in palatio teste Plinio li. naturalis histo-rico: phanum febrici dicatũ: & li. xii. dixit fuisse in palatio templũ quod fecerat Diuo Augusto cõiunx Augustus. Quod deinde incendio cõsumptũ fuit: ut uidimus in distione cinamomũ. Et ut refert Suetoni⁹. C. Calicula super templũ Diui Augusti ponte transmissio palatium capitoliumq; coniunxit. Cuius & reliquias quasdam adhuc cõspicere libet. In eodem teste Suetonio Cæsar Augustus templũ Apollinis in ea parte exci-tauit: quam fulmine ictam sedari adeo haruspices pnũciarant: addidit porticum cũ bibliotheca latina græ-caq; quo loco iam senior sæpe etiã senatum habuit: decimasq; iudicum recognouit. Vnde ait Iosephus i se-cundo de captiuitate iudaica: itaq; conuocato ab Augusto Cæsare opimatum romanorũ amicorũq; conci-lio in palatii Apollinis templum: quod priuatũ ipsi⁹ ædificium admirandis operib⁹ exornatũ erat. multitu-do quidem iudæorum constitit cum legatis. fecit etiam Augustus teste præfato Suetonio quadam opera sub nomine alieno: nepotum & uxoris fororisque: ut porticum basilicamque Lucii: & Caii. Item porticum Liuiæ & octauia: theatrumque Marcelli. Sed et cæteros principes urbanos sæpe hortatus est: ut pro fa-cultate quisque monumentis uel relictis: & excultis urbem adornarent. Multaque a multis tunc extructa sunt: sicut a Martio Philippo ædes Hercules & musarum: a. L. Cornificio ædes Diana: ab Asinio Pollione atrium libertatis: a Mimacio Planco ædes Saturni: a Cornelio Ballo theatrum: a Statilio Tauro amphitheatrum: a. M. uero Agrippa complura & egregia. Cælius uero mons Varrone teste a Cælio Iuz-benniõ duce nobili: qui cum sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra Latinum regem nomen sumpsit. In quo ut puto: uel habitauit uel sepultus fuit. Et ut testatur Liuius libro primo: fuit urbi addi-tus: quo tempore Tullius Hostilius albam euertit: & albanorum familias romam duxit.

Et quo frequentior habitaretur eam sedem regiae coepit: ibiq; habitauit. Et subdit: curiam fecit quae Hostilia usq; ad patrum nostrorum aetatem appellata est. Et infra dicit albanos eum incoluisse montes: Suetoni⁹ scribit Vespasianum imperatore in eo monte templum Diui Claudii aedificasse. Et Iulius capitolinus in gestis Tetrici tyrani: tetricorum inquit domus fuit in monte caelio contra lysium metelinum: & fuerunt Fauni Veneris & Cupidinis: aliorumq; deorum aedes: arae: & templa in caelio monte. & teste Sexto Ruffo in descriptionibus suis fuit macellum magnum antrum Cyclopi: lupanaria cohortes quinque uigilum: castra peregrina spoliarium & armamentarium. Nunc etiam medio in eius dorso binae aquaeductus formae sumptuosissimi superbissimiq; operis conspiciunt. Quarum una cubitales detinet litteras Antonii Caracallae: quae designant eam ab illo in capitolium esse deductam. Altera a Claudio in palatinum: ut tituli marmorea tabula incisi iuxta xenodochium lateranense demonstrant. In extremo eiusdem montis basilica iam est lateranensis: quae sic quoque cognominata est: quia in lateranensium nobilissimae gentis aedibus extructa fuit. Vnde Hieronymus ad Macellam inquit: Quis credat mulierem nobilem & potentem in domibus lateranensium: quae neroniano truncata est gladio publice poenitentiam agisse. De quo sane laterano Cornelium Tacitum locutum existimo in uita Neronis cum ait: Proximam necem Plantii laterani consulis designati Nero adiungit adeo: prope: ut non amplecti liberos non illud breue morae arbitrium permetteret. Et Iulius capitolinus de M. Antonio Aurelio dicit: educatus est in eo loco: in quo natus in domo aut sui iuxta aedes lateranensium: non longe ab hac basilica. alia est sanctae crucis in Hierusalem: ab Helena Flauii Constantini matre constructa: eo sepe loco teste Petro bibliothecario: ubi templa erant Veneris & Cupidinis simul iuncta. Vide adhuc ibi propinquum amphitheatrum semidirutum: quod Statilii Tauri maiores nostri appellauerunt. Ex parte uero qua ad palatinum caelium uergit: aedes fuerunt paternae beati Gregorii: in quibus ille monasterium superstruxit. Exquilini autem montis eo quo omnium maximus est longam posuit Varro nominis expositionem. Et in multis partibus Varronis etiam aetate obscurati. Sed quae ad rem faciunt: haec pauca sunt. Secunda inquit regionis exquiliae: alii eas scripserunt ab excubiis regis dictas: alii ab eo quod excultae a rege Tullio essent. & infra exquiliae duo montes abiti Verum ut iam prospicere ualeamus: Celebrior pars illa fuit quae a foro Traiani & turribus quas comitum & militum appellant: incipiens per montem cui caballo nunc nomen est: ad thermas usque dioclitianas protenditur: & in portam definit quam supra exquilinam diximus: & quae iam sancti Laurentii nominatur. Altera uero pars collis uia iterfecatur: quae Patricii uicus dicitur. Et super hac parte ecclesia est celeberrima sanctae Mariae maioris: alii sancti Viti in macello: ad usque C. Marii trophaea: & ultra protenditur. Dirimiturque a caelio monte per uiam: quae porta neuia usque ad amphitheatrum: quod colosseum uocamus reducit. fuerunt igitur in exquilis aedificia quae plurima & admiranda: & primo a turri militiarum ascendentes cernuntur: ruinae thermarum: quas & Constantini statuis illius fuisse coniector: & usque in domum prosperi cardinalis de columna uiri in toto orbe clarissimi declinare conspiciamus. de quibus Apollodorus & Ammianus mentionem fecerunt. Cernuntur & illic ingentes feminudorum senum marmorea statuae: iuxta quem locum uicus est: qui corniciorum dicitur: ubi illorum aedes fuisse putamus: proximo ab inde ac pene contiguo loco conspiciuntur caballi marmorei ingentes: cum uiris seminudis: lora tenentibus: miro artificio compacti. Quorum unus opus Praxiteles latinis litteris inscribitur: alter Phidiae. Quos teste Sexto Ruffo Tiridates armeniorum rex romam portauit. Quem uenturum Nero ut laute acciperet theatrum Pompeii unius diei opera totum inaurasse: Cornelius Tacitus & Plinius retulerunt. Hic enim rex ut diuersi alii ex asia graecia aliisque locis multas tabulas & plura signa clarissimorum artificum romam detulerunt: ut nonnulli auctores & maxime Plinius attestantur. Iuxta hunc locum turrim illam fuisse nonnulli asserunt: ex qua Suetonius Neronem scribit urbis incendium spectasse & scanico habitu troiae incendium decantasse. Inde non longe aliae sunt Dioclitiani thermae: aedificium quippe pulcherrimum & admirandum. In eadem exquiliarum parte uico patricii thermae fuerunt nouatianae: ut ostendit Damasus in uita Pii romani pontificis: quem sanctae Praxedis rogatu ecclesiam sanctae Pudentianae sororis suae supra thermas nouatiana aedificasse scribit: similiter in gestis beati Laurentii legitur monasterium sub suo nomine in pane & perna in thermis olympiadis aedificatum fuisse. Fuerunt & in alio exquiliarum colle trophaea C. Marii de cimbris atque teutonibus: quae nunc ultra sanctum Vitum in macello cernuntur: & cimbricia uocantur. De quibus ac eorum deriuatione in dictione trophaeum uidebimus. cernuntur & diuersorum aedificiorum spectanda insignesque ruinae. Inter quas adhuc integros fornices conspiciamus: quos uulgo gallucii thermas appellant. Et ut quidam nimium curiosi diuinant: fuit ibi insignis illa basilica: quam Suetonius scribit C. Caesarem Caii & Lucio nepotibus extruxisse. Idque ex praefato Gallucii nomine interpretari uoluerunt. fuit & in eodem colle macellum: cuius uerbi hanc Varro expositionem affert. Omnia postquam contracta in unum locum quae ad uicium pertinebant: & aedificatus locus macellum appellatus: ut quidam scribunt: quod ibi fuerit hortus. alii quod ibi domus fuerit: cui cognomen fuit macellum: quae ibi publice sit diruta: & in qua aedificatum hoc quod uocetur macellum: nec unicum hoc in loco roma fuisse macellum puto: sed & palatia diuersa urbis loca. Vnde & Iuuenalis in satyra Atticus eximie inquit: Multos porro uides quos saepe elusus ad ipsum Creditor introitum solet spectare macelli. Et quibus

Et quibus in solo uiuendi causa palato est. Sed iuxta exquiliarum macellum ecclesia conspicitur sancti Viti quæ dicitur in macello: cui contiguus est triumphalis arcus: quem litteræ adhuc stantes indicant compositum honori Galieni imperatoris fuit. & teste Plinio libro. i. naturalis histo. i. exquiliæ aedes malæ fortunæ: & aedes erant nepotis Plinii: ut ex epistola de morte Martialis apparet. Quin & alia pene innumerabilia: quæ omnia puestigare longum esset & impossibile. Sed nunc de quirinali & uiminali psequimur: quos ob puitatē Varro colles & non montes appellat: dicens tertiæ regionis colles quos: ab deorum phanis appellati: e quibus nobiles duo colles: uiminalis a loue uimineo: cuius ibi aræ sunt. collis quinalis a Quirini phano. Sunt qui a quibus qui cum Tatio curibus uenerunt romam: quod ibi habuerint castra. hos duos colles scribit Linius in primo ab urbe: Seruium regem addidisse cum amplificandæ urbi animum adiacisset: deinceps auxisse exquiliæ: in quibus ipsum ut loco dignitas fieret habitasse: aggeris fossa & muro circumdidisse urbem. sane quod a porta flumentana usque ad collinam continet: ad quinalem pertinere dicitur: quod paruo quoque intervallo ob ædificiorum ruinas a uiminali discernit. Qui usque ad thermas dioclitianas pertendi dicitur. Verum in colle uiminali: & si plura fuerint ædificia: nihil tamen aliud certum comperi: quæ tres in illo speciosissimas totius urbis domos fuisse. De quibus Plinius libro. xv. naturalis histo. scribit. ut. M. Crassi oratoris una. Aliam præstantiore Qu. Catulli illius qui cum. C. Mario cimbro fudit: Ac postea capitolii tegulas inaurauit: Ipsumque capitolium spoliis cimbricis adornauit. Tertiam ambarum pulcherrimam. C. Aquilii equitis romani: quæ clarissimam fecit iuris ciuilibus scientiam. Ipseque fuit quem. M. Cicero in officiis dicit legem de dolo malo tulisse: cuiusque ad legem aquiliam extantium adhuc legum titulus annotat. Fuerunt & in illo ut nonnulli putant salustiani horum: quorum reliquias obstupendas designant: a porta uiminali in collinam. & ad sanctam usque Sufanam extendi putant. In colle uero quirinali dixit Linius in bello macedonico ædem Fortunæ primogeniæ fuisse: quæ primo bello punico uotam Cneus Domitius prætor urbanus dedicauit. Fuerunt & nonnulla alia quæ paulo ante: cum de collina porta loqueremur nouinauimus. Et hæc de collibus urbis dicta sufficiant. Nunc ad campum martium transeuntes: quod sic quoque a Lio describitur in. ii. ab urbe: ager tarquiniorum: quod inter urbem & thyberim fuit consecratus Marti: marti deinde capus fuit. ea Lio uerba nonnulli acutius considerantes: quod quid prope capitolium & thyberim interfuit: campum martium fuisse dixerunt. Cum eo tempore urbs ad capitolium aut parum citra finiret. Idem Ouidius Iuturnæ ædem describens ostendere uidet: quæ ea in parte fuisse dicit: quæ campus martius uirginæ ambit aqua. ait enim: Te quoque lux eadem turni soror aede recepit Hic ubi uirginæ campus obitur aqua. Constat autem uirginæ aquæ per quirinalis collis cauernas campum olim martium: quæ nunc triuui regio dicitur illabi. Nam ea sola aqua iam urbem romam ex exteris ingreditur. Quam teste Suetonio. M. Agrippa prius induxit: deinde a Tiberio Claudio instaurata fuit: ut titulus in mare more excisus indicat: qui talis est: Tiberius Claudius Drusi filius Cæsar Augustus ductus aquæ uirginis destinatus per Cæsarem fundamentis nouos refecit ac restituit. habuit olim campum martium ædificia plura & admiranda. Quos puulæ ruinae adhuc restantes ad miraculum respiciunt. Nam in ea parte quæ depressior erat naumachia fuit a Cæsare constructa. Post quem Augustus sexto consulatu mausæolum inter uiam flamineam & thybridis ripas constructum fecit: opus sane in toto orbe admirandum. Ita ut Suetonius & alii nonnulli scriptores æternum: ut puto iudicantes describere neglexerint. Solus ex his quos legere ualuit Cassiodorus ultimus de rebus his scriptor: & quod illum integrum uiderat talia refert: Augustus mundi dominus ad potentiam suam opus extollens in campo martio mirandam erexit romanis fabricam: & moles extendens in ætas firmissimis struxit montibus: ubi magnarum rerum iudicia clauderent. Bisena quippe hostia ad duodecim signa apposuit. Et infra dixit duos in campo martio fuisse obeliscos: interpretationem ægyptiæ philosophiæ continentes. Plinius uero. xxvi. naturalis histo. libro: sic quoque scripsit: is obeliscus qui est in campo martio centum decem pedum est a Meroside inscriptus: cui Diuus Augustus mirabilem addidit usum ad Solis umbras deprehendendas: diurnæ ac nocturnæ horas. construxit & idem in campo martio iuxta thyberim porticum: quæ teste Lio capitolino in uita ultimi Gordiani mille pedum erat: & ex opposito aliam similiter mille pedum æqualiter distantes ad spatium pedum quingentorum frequetatum undique uiridanti lauro myrtoque & buxo & in medio stratum breuium columnis altrinsecus positum ad pedes mille: quod esset deambulatorium: ita ut in capite esset basilicum pedum quingentorum. Cogitauerat præterea eodem Lio teste cum Myrsitheo: ut post basilicam thermas æstiuas sui nominis faceret: ita & ut hyemales in principio porticus poneret suoque usui esset. Erat & similiter in campo martio locus alius quem ecuria: alii ecuria uocant: de quo. M. Varro sic scripsit: ecuria ab equorum cursu dicitur. Eo enim die ludis currunt in martio campo. hæc ille. Nam & locus istamque duæ restant noctes de mense secundo Marsque citos iunctis curribus urget equos: Ex uero positum permansit ecuria nomen: Quæ deus in campo præstitit ipse suo. Vnde & nunc quoque in campo martio: & adhuc ecclesia conspicitur quæ sanctæ Mariæ in ecuria uocatur. Erat & templum Isis: de quo uidimus in dictione Osiris. fuit etiam in campo martio: & adhuc conspicitur columna intrinsecus cochlea: & extrinsecus multiplicibus rerum gestarum

sculpturis elaborata: honoriq; Aurelii Antonini Pii: teste Sexto Ruffo dicata. Cuius imperatoris imago in illa talis conspicit: qualem in antiquis numismatib⁹ cernere consueuimus. Iuxta hanc columnam: ut multi uolunt comitia: centuriata romani populi fiebant: quando. s. tribus ad suffragia illic reddenda citabantur. Quod uerisimile esse uidetur: cum tumulus sit post eam uersus occidentalem plagā: qui corrupte hodie accaptorum dicit: ab antiquis citatorum mons uocabatur: hoc est eorū: qui postq; citati suffragia intra septa contulerant: ne laturis se denuo imiscerent ab aliis separabantur. & per pontem: qui ab septis usq; ad tumulum conducebat discedere consueuerant. De quo ponte Suetonius in uita Cæsaris: ubi de consiliis cōiuratorum in Cæsarem diserebat: inquit primum cunctati: utrum ne in campo martio per comitia trib⁹ ad suffragia uocantem p⁹tribus diuisis ponte deicerent. Nam teste eodem Suetonio imperatores non unq;: ut un⁹ de populo suffragia dabāt. Ait enim de Augusto in illius uita: quotiens magistratuū comitis iterfusseret tribus cum cādidatis suis circuibat: supplicabatq; more solenni. ferebat & ipse suffragium in tribub⁹: ut unus e populo. hæc ille. Comitii uocabulum: ut quidam ferunt: & loco & actui cōmune fuit: hoc est a cōmunitate ubiq; dictum est. Nonnulli uero alii comitium in singulari locum esse dixerunt p⁹pe senatum: quo ire equibus romanis: & populo romano licebat. Comitium uero in plurali actionem esse creandorum magistratuum. Vnde & iuxta palatium comitium fuisse: & Varro & Plutarchus ostendere uidentur. Ait enim sic Plutarch⁹ in uita Romuli. Quo ambo duces Romulus scilicet & Tatius ad percutiendum fœdus conuenerunt: hucusq; comitiuz uocant. Nam constat eodem Plutarcho teste eo in loco fuisse: ubi fabina patrum & uiuorum animos conciliauere. Sed clarius id Varro demonstrat: ait enim ante curiam hostiliam rostra sub dextera hui⁹ comitio locus substructus. hæc illius uerba: ex quibus & his quæ supra narrauimus cōstat eum locum ad radices palatini fuisse: quod comitium in singulari uocabant. In quo forte priuatiora suffragia impendi consueuerant. Nam ait sic quoq; Gellius in. xv. noctium atticarū: in libro Lælii scelcis ad Quintum Mutium primo scriptum ē: Labonē scribere calata comitia esse: quæ p⁹ collegio pontificum habentur: aut regis: aut flaminum inaugurandoz cā. eorum autem alia esse curiata: alia centuriata: curiata p⁹ lectorem curiatum cæsari. i. cōuocari: centuriata p⁹ cornicinē. Et subdit in eodem Lælii scelcis libro. Hæc scripta sunt: is q; nō uersum populum: sed p⁹tem aliquam adesse iubet: nō comitia: sed cōciliuz edicere debet. Tribuni autē neq; aduocant patricios: neq; ad eos referre de ulla re possunt. Ita ne leges qdem pprie: sed plæbiscita appellantur: quæ tribunis plæbis ferentibus accepta sunt: quib⁹ rogationib⁹ ante patrici nō tenebātur: donec. Q. Hortensius dictator eam legem tulit: ut eo iure quod plæbs statuisset oēs q; quirites tenerent. Item in eodē libro hoc scriptū est. Cum ex generibus hoim suffragium ferat: curiata comitia esse: cum ex censu & ætate centuriata: cum ex regionibus & locis tributa. Centuriata autē comitia intra pomerium fieri nephas eē: qā exercitū extra urbem imperari oporteat: intra urbē imperari ius nō sit: p⁹pterea centuriata i campo martio haberi: exercitūq; imperari p⁹sidii cā solitum: quoniam populus cēt id suffragiis ferendis occupatus. hæc ille. Ex quibus id quoq; intelligi pōt: quod Linius in. ii. ab urbe dixit: patres in contione: quæ p⁹ annum durauit: effugere nō ualuerunt. Quin uolero ex plæbe tribunos reficeret. Cum rogationem tulerit ad populū ut plæbei magistratus tributis comitiis fierent. Nam nō solum trib⁹ quinque: ex his: quæ romæ essent: siue intra moenia: siue in suburbanis: & agro complexæ. sed par p⁹pe numerus ex Italia ad ferenda suffragia comitorum temporib⁹ confluebant. Vnde & Suetonius in Augusti uita: sic inquit. Urbe urbanisq; rebus administratis Italiam duodeuiginti coloniarum numero deductarū frequētauerunt: operibusq; ac uectigalib⁹ publicis plurisariam instruxit: etiā iure ac dignitate urbi quodāmodo p⁹te aliqua adæquauit: ex cogitato genere suffragiorū: quæ de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisq; colonia ferent. Et sub die comitorū obsignata romā mitterent. Quæ oīa Asconius Pædian⁹ Ciceronis oratōes exponēs longo p⁹cessu explicauit. Et cū præter illas duodeuiginti colōias plurib⁹ aliis Italia: ciuitatib⁹ ferēdi suffragia ius fuisse ostēderit: infra subdit. Cn. Pōpei⁹ Strabo pater. Cn. Pōpei⁹ magni trāspadanas colonias nō nouis colonis instituit s; ueterib⁹ incolis manentib⁹ ius dedit latii: ut possent habere ius qd ceteræ latinæ coloniae. i. ut petēdi magistratus iure ciuitatem romanam adipiscerent. Hæc illius uerba: quæ ad comitorum intelligentiam dicta sufficiant. Iam de rostris: quæ dixit Varro ante curiam hostiliam fuisse uidendū est: de quib⁹ Linius in. viii. ab urbe loquens ait. Naues antiatum partim in naualia subductæ: partim incensæ: rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit. Erant ergo rostra in foro locus ad palatini radices. Vnde ad populū loqui plurimum consueuerant: & a rostris nauium sic quoq; cognominatus. Ideo ait Seruius sup. viii. aeneidos. Romanum forum est: ubi nunc rostra sunt. Præter hæc Varro locum alium esse dixit: etiam non longe a comitio qui græcostasis uocatus fuit: dicens ubi nationum subsisterent legati: qui ad senatū essent missi: hic græcostasis a parte: ut multa dictus est: hoc ut puto intelligens quia græci cum inter ceteros ad senatum missos ob philosophiam & oratoriam digniores esse uiderent a legatorum p⁹te hoc est ab ipsi græcis locus ubi omnes subsisterent legati græcostasis dictus est. Et subdit Varro de loco alio quod senaculum uocabat dicens: Senaculum supra græcostasim ubi ædes Concordiæ: & basilica opima senaculum uocatum: ubi senatus: aut ubi seniores consisterent. hæc ille. de quo Valerius Maxim⁹ in. ii. li. meminit cū dixit. Antea senat⁹ assiduam stationem eo loci peragebat: q; hodie senaculū appellatur. Et puto ædem Concordiæ non longe a

lacu curtio in eodem palatino fuisse: cum supra idem ipse Varro rettulerit Curtiuz ut rapidiore cursu i hiaz
tum se precipitaret a concordia mouisse: hoc est a loco ubi postea Concordiaz templum fuit. Naq; alia Co
cordiaz aedem fuisse puto: quam Ouidius in primo fastorum libro: a Liuia Germanici matre aedificatam ret
tulit cum ait ad Germanicum:

Hanc tua constituit genitrix: & rebus & ara

Templaq; fecisti quae colis ipsa dea. Quam a Tiberio imperatore dicatam Suetonius scripsit. Qui loqe post
Ciceronem: ad quem Varro de lingua latina scripsit. Fuit & similiter in radicibus palatini tēplum Ioui statori
a Romulo uotum bello fabinorū: eo. l. in loco ubi romani precibus Romuli: ac pudore commoti pugnādi
contra fabinos animos & audaciam recuperarūt: atq; eo in loco primum steterunt. Fecerat & similiter non
longe a tarpeia tēplum Romulus Ioui feretrio: ubi quercus erat pastoribus sacra: quem teste Plutarcho i ui
ta Romuli sic appellauit ob illata uulnera in Acronē regem ceninēsum: quem singulari certamine itereme
rat. Nam ut ait Plutarchus latini uulnus inferre ferire dicūt. Cuius exuuias manib; ppriis ipse Romulus de
portauit: & ad sacram pastoribus quercū deposuit. Vbi ab eo cōstruēto templo romani duces: ut idem Plu
tarchus pergit nō nisi de singulari praelio cāsis hostiū ducibus ferebāt spolia: quae uocabant opima: uel ab
ope: ut dixit Varro: uel ab opere ut existimat Plutarchus: cuz sit opus egregiū: ac clarissimū ducē belli parē
sibi ductorem superare. Vnde Virgilius in. x. Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis. Quod qbus ro
manis ducib; cōtingerit: uidimus in dictione Acron. Fuerunt & alia romae loca ab nostris auctoribus nominā
ter expressa: ut carinae subura: tabernola: uia sacra: de qbus aliquid loqui Varrone duce uisum est. hic libro
iiii. de lingua latina inuere uideēt planum illud quod inter Marii trophaea & lateranēse palatium interiacet
tabernolam regionē cognominatā fuisse. A qua uult Varro carinas incipere: & in uiam sacram desinere: ita
ut ea loca ubi nunc est ecclesia sancti Petri ad uincula: & ualidissima ruinae: quae contra amphitheatrum co
lossē adhuc cernunt sub carinis teneantur: quae etiam sic quoq; ab inhabitatibus: & tabellionibus nomi
nantur. Quin & ibidem ex qbusdam inscriptionibus ueterem curiam fuisse cōiectamur. In qua augures se
dem habentes inaugurarī consueuerant. De qua Varro curiaē inquit duorum generum ubi curarent sacer
dotes res diuinas: ut curiaē ueteres: & ubi senatus humanas: ut curia hostilia: & alia in loco idem Varro cu
rare a cura dictum: & cura quod cor urat: curia ubi senatus rempublicam curat. Et illa ubi cura sacrorū pu
blica. at uia sacra a curia ueteri incipiens: fecit amphitheatrum colossē ad septētrionem plagam uergens:
subtus Titi & Vespasiani arcus: usq; ad p̄ximam capitolii arcem perducebat. Et inde dictam dixit Varro: q̄
p̄ eam ab arce idest a capitolio ad augures sacra quot mensibus ferebantur. Et subdit sacraē uiaē p̄tem solam
tunc fuisse uulgo notam: quae est a foro eunti primo diuo. Vnde ait Liuius in. ii. ab urbe: uicus romae erat q
uia sacra dicebatur. Et Horatius in. i. sermonum: Ibam forte uia sacra sicut meus ē mos. Quare & recte Pe
trus bibliothecarius scripsisse uideēt: Foelicem summum pontificem eo nomine tertiu fecisse ecclesiam san
ctorum Cosmae & Damiani uia sacra in tēplo Romuli in hac q̄ iuxta forū romanuz erant: fructus & poma
uendicabant: dicente Ouidio in primo de arte amandi:

Rure suburbano poteris tibi dicere missa

Illā uel in sacra sint licet empta uia. In huius summo teste Liuiio posita fuit equestris statua i honorē Chlo
eae. Virgo. l. insidens equo. Subura uero inde dictam Varro affirmat: quod sub muro terrae carinae fue
rit. Et subdit subura Iunius scribit ab eo quod fuerit sub antiqua urbe. Cui testimoniū pōt esse quod subest
loco q̄ terreus murus uocatur. Quare ait Iuuen. in. v. fatyra de tyberino quodam ignobili pisce: Et solitus
mediae cryptam penetrare suburae.

Nam tota adiacens regiuncula ab ea crypa quae usq; in tyberim protendebatur: subura cognominata fuit.
Vnde & Petrus bibliothecarius dixit beatum Gregorium consecrasse gothorum ecclesiam: quae ē i subura
sub nomine uirginis Agathae. Et ut scribit Suetonius in uita Caesaris: habitauit primo Iulius Caesar in subu
ra modicis aedibus. Post autem pontificatum maximum: in sacra uia domo publica. Et Plinius li. xix. Caesar
inquit dictator totum forum romanum: uiamq; sacram ab domo sua in diuum usq; capitolinum in munere
gladiatorio linteis contexuit. Fuitq; ea domus quam Octauian; Augustus teste Suetonio sumptuose nimis
a Liuia ornatam ad solū usq; dirui fecit. In cuiusq; arca porticus Liuia cognominata: postea structa fuit. De
quo Ouidius libro fastorum. vi.

Disce tamen ueniens aetas ubi liuia nunc est.

Porticus immensae testā fuisse domus. Ad quam deinde porticum teste Plinio Vespasianus pacem suā aedi
ficauit. Erat & non longe a subura: & carinis pagus dictus succufanus. Cuius tertiam litteram non cum. b.
sed cum. c. scribendam dixit Varro: quia eo dictus est: quod succurrit carinis. Erat & insuper romae sub capi
tolio ad eam p̄tem: quae in Lucii Septimi Seueri arcum triumphalem conuersa est: nō longe a foro bouario
uicus: qui iugalis a iugis bouum: quae inibi fieri consueuerāt cognominatus est. De quo Liuius in libro mace
donico inquit: Saxum ingens ex capitolio in uicum iugarium procidit: & multos oppressit. Legimus & in
Liuiio libro. iiii. ab urbe: de aequimelio: quod cum. a. diphthongo in prima scribitur: quid romae fuerit.
Nam cum factam eadem Spurii Melii ex equestri ordine ob regnum concupitum scripsisset: addidit nec

fatis est eius sanguine expetitur: nisi testa parietesq; intra quæ tantum amentia conceptum esset dissiparetur: bonaq; contracta precis regni mercandi publicarentur. Iussere itaq; quaestores uendere ea bona: atque in publicum redigere. Domum deinde: ut memoria area esset oppressæ nephariae spei dirui ex templo duxerunt. Id æquimelium appellatum est. Itaq; ait Varro in.iiii. de lingua latina: Aequimelium quod æquata Melii domus publicum quod regnum occupare uoluit. Et subdit is locus ad busta gallica quod roma recuperata gallog; ossasqui possiderant urbem ibi coaceruata ac confecta sunt. Sed iam de ueliis quæ in plurali & singulari efferuntur uidentur. de quo Liuius in.ii. ab urbe: cum de Valerio Publicola primo cum Bruto consule loqueretur. Quod ædificabat in summa uelia alto & munito loco domum: ut arce; inexpugnabilem: quam ob suspicionem regni demolitus in infimo cliuo reædificauit. De qua Varro cum palatium a balatu ouium descripsisset: Inquit huic germalium & uelias coniunxerunt. Et infra subdit Velia unde ceteri plures accipi causas: in quibus cum ibi pastores palatini ex ouibus ante tonsuram inuentam uellere lanam sint soliti: quasi dicat a uellendo ueliam collem quædam dictum: qui cum germalio alio colle palatio per aggeres coniunctus fuit. De insula uero quæ in medio thybridis inter urbem & ianiculum adhuc conspicitur scribit Liuius in.ii. ab urbe: postq; consecratus Marti Tarquiniolorum campus fuit: forte ibi tunc seges farris dicitur fuisse matura: messis: quem campi fructum quia religiosum erat consumere defectam cum stramento segetem magna uis hominum simul immissa corribus fodere in thyberim tenui fluentem: a qua ut medijs caloribus solet: ita in uadis hæsitantis frumenti aceros sedisse illitos limo. Inde insula paulatim & alijs quæ fert temere flumen eodem uectis factam. Postea credo additas moles manuq; adiutum: ut tam eminens ara firmaq; templis quoq; ac portibus sustineret. hæc ille. Ea autem in insula duo fuerunt templa Iouis & Aesculapii nepotis ex Phœbo. De quibus Ouidius li. fastorum primo inquit:

Quod tamen ex illis licuit mihi dicere falsis

Sacrare patres hoc duo templa die:

Accipit phœbo nymphaq; coronide natum

Insula diuidua quam premit amnis aqua.

Iuppiter in parte est: cæpit locus unus utruq;

Iunctaq; sunt magno templa nepotis auro.

Insuper & de arario romano uidentur. De quo Macrobius in saturnalibus libro primo scribit: Romani ædem Saturni ararium esse uoluerunt: quod tempore quo Italiam incoluit: fertur in eius finibus nullum furtum esse commissum. Aut quia sub eo nihil erat cuiusq; priuatum. Nec signare solum: aut partiri limite campum Fas erat in medium quærebant: ut ait Virgilius. similiter & Festus ararium inquit populus romanus in ædem Saturni habuit. Ideo inquit præfatus Macrobius apud eum locabat populi pecunia communis sub quo fuissent cunctis uniuersa communia. In eo etiam teste Seruio super.ii. georgicorum reponebatur acta: quæ susceptis liberis faciebant parentes. Iuuenalis in satyra Neuolet:

Nullum ergo meritum est ingrate ac perfide nullum:

Quod tibi filiulus uel filia nascitur ex me

Tollis enim: & liberis actorum spargere gaudes

Argumenta uiri. Varro libro.iiii. de lingua latina: uestigium inquit etiam nunc manet in æde Saturni. Quod etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam: ararium ab eo appellatum. Et fuisse uidetur in faucibus capitolii. Nam ut ait Seruius super.ii. æneidos: ubi dixit Virgilius: Sanguine placatis uetos: & uirgine cæsa. Orestis ossa ab aritia romam translata sunt: & condita ante templum Saturni: quod est ante cliujs capitolii iuxta Concordia templum. Vnde Macrobius: habet inquit Saturnus aram: & ante senaculum illic graeco ritu capite aperto res diuinae fit: quia primum a pelagis: postea ab Hercule ita eam a principio factitatas putant. Fuit & romæ locus qui pro castris habebatur: quem primus omnium principum Octavianus Augustus instituit: non alia ut putat ratione: quæ ne milites uagis: & per urbem dispersi rapinis tumultu contentionibus ciuitatem redderent inquietam. Nam post uictoriam partam de M. Antonio de Cleopatra iperio quiete positus inter multa: quæ prudentissime egit binam instituit Classes. Vnam apud misenum lucaniae portu: quæ Italiae insulas oramq; galliarum maritimam hispanias aphyricamq; mauritaniaq; & septem trionalis oceani plagam tutaretur. Alteram apud rauenam in loco nunc candiano. In quo postea classense oppidum fuit. Cuius classis partes tutarentur sinus maris adriatici: illyrici: dalmatiae: epiro: graeciae: thraciae: ponti: maotidis & asiae in nostrum mare uergentis: atq; oraegypti necessitatibus subuenirent. Quorum multitudo cum non nunquam romæ uocaretur: In ianiculo castra rauenatibus Augustus ipse statuit: ex quo regio transhyberina ab inde quandoq; urbs reuennatium dicta fuit. At misenatium peregrinorumq; militum in calio monte castra locauit. Post Augustum Tiberius perniciosissimam libertati romanæ atq; etiam imperio rem exorsus est. Nam teste Suetonio castra romæ constituit: quibus praetorianæ cohortes uagæ ante id tempus & per hospitia dispersæ continerentur. Cuius tyrannidis fomes locum habuisse in suburbis uiae appiae: ubi nunc ecclesia est sancti Sebastiani nonnulli coniectantur. Et prima horum tyrannis in assumptione Claudii ad iperium apparuit ut præ cæteris historicis Iosephus approbatissimus auctor in libro de captiuitate iudæica late descripsit. Et

post illum breuiter Suetonius tetigit in ipsius Claudii uita. Idemq; in morte Galbae: & nouo Othonis im-
 perio contigisse: & acre praelium in circo maxio capitolioq; & palatio cum militibus praetorianis fuisse ostē-
 dit. Et tandem intantum pcessit praetorianorum militum auctoritas siue temeritas: ut quem uellent impe-
 ratorem facerent: & factum imperio deturbarent. Vnde Helius Lampridius i uita Heliogabali arbitriuz ui-
 ta ac necis in praetorianis fuisse ostendit: ait enim in castris milites precanti praefecto dixerunt se perfuros eē
 Heliogabalo: si & impuros homines & aurigas ab se dimoueret: atq; ad bonam frugem rediret. Scribit &
 Iulius capitolinus aedem fuisse in praetorianis castris: in qua senatus aliquādo uocari cōsueuit: praesertim cū
 de abrogādo alicui imperio agendum esset. Nāq; eo in loco Maximini patri & filio abrogato iperio Gor-
 diani duo pater item & filius declarati sunt Augusti. & in uita Pupieni & Balbini imperatorum quātum ca-
 stra praetoriana urbi offuerint idem Capitolinus ostendit dicens: Maximino quidem ad bellum pfecto: ro-
 mae praetoriani remāserunt. Inter quos & populum tanta seditio fuit: ut ad bellum ueniretur intestinum: ro-
 mae pars maxima incenderetur: templā foederentur: omnes plateae cruore polluerentur. Et infra subdit in-
 terea romae iterum seditiones inter populū & milites ortae: ut nec cum edicta pponeret Balbinus audiret.
 Veterani se in castra praetoria contulerunt cū ipsi praetorianis: quos cepit populus obsidere. Nec unq; ad
 amicitiam essent reducti: nisi fistulas aquarias populus incidisset. Idem Iulius eorūdem imperatorū uita exi-
 tum narrās: hae in uerba psequitur. Illis contēdentibus milites superarunt: atq; eos nudatos ambos uestib⁹
 regalibus de palatio cū iniuriis perduxerūt: & per mediam ciuitatem ad castra raptare uoluerūt magna ex
 pte laniatos. Sed ubi compertum ē germanos ad defensionem illorum superuenire ambos occiderunt: in
 itinere medio reliquerunt. Inter hae Gordianus Caesar sublatus a militibus imperator est appellat⁹ Augu-
 stus. Et idem Capitolinus senatuscōsultum inquit de imperio Valeriani principis optimi in praetorianis ca-
 stris factum fuit. Et multa quae de his diuersis in locis legunt. Quibus ostenditur praetoriana castra grandē
 pestem libertati romanae: atq; imperio intulisse. Pontes etiā romae super thyberim fuisse legimus & uidi-
 mus. Quorum nomina cum suis causis adhuc satis comperta nō habem⁹. Scribit tamen Lilius in primo ab
 urbe pontē subliciuū ab Anco Martio cōstruētū fuisse. Qui teste Pli. ligneus: p⁹ & sine ferreo clauo pri⁹
 fuit: ita dispositus contignatione: ut eximerent⁹ trabes sine fulturis: ac reponerent⁹. Quod quidem sic facere
 religiosum erat. Postq; Horatio Coclite defendēte aegre reuulsus est. Sed teste capitolino illū Antoni⁹ Pius
 imperator marmoreū fecit. Hunc eundem ipsū esse nōnulli putant: qui ad radices auentini demolitus aspi-
 citur. Alii quibus adhāreo cum illum esse uolunt: qui nunc sanctae Mariae Pons uocatur. Isque ad transi-
 tum eius temporis urbis commodior esse uidetur. Sicq; uel huius uel alterius nomen ignoratur. Nonnulli
 uero putant eum: qui est ad radices auentini: aemiliū dictū fuisse. Alii illum qui iam dicitur pons mollis
 in uia tyburtina aemiliū olim uocatum asserunt. his alius superinductus est pons: qui Iouis insulam urbi
 coniungit. Quem Q. Lepidum & M. Curium aediles struxisse titulus in marmore excisus ostendit. Cum
 uero qui ad ianiculum insulam applicat: Valētinianum superiorem & ualētem struxisse similis titulus indi-
 cat. Alius fuit qui ad ianiculum etiam & portam aureliam maxime deferebat: qui aureli⁹ similiter uocabat⁹.
 Cui iam demolito rupto nomen est. Ali⁹ fuit pons triumphalis portae coniunctus: qui & ipse nomen a triū-
 phis: qui per illum agebantur accipit. Proximus pons est huic Hadriani: castello seu maeae coniunctus: qui
 & sancti Angeli uocatur. Est etiam supra flumentanam portam in uia flaminea extra urbem pons alius: q
 miluius nescio a quo denominatur. Arcus triumphales fuisse Romae q̄ plurimos & legimus & conspiciunt
 sed quosdam dirutos: quosdam ruinis coopertos: quosdam etiam nouis adificiis ab aspectu hominū se-
 motos. Integrum pene illum conspiciunt: qui Flauii Constantini fuit iuxta amphitheatrum colosseii. Cui
 talis inscriptus est titulus. Imp. Caesari Flauio Constantino Maximo publici filio Augusto senatus populuscq;
 romanus. Quod instinctu diuinitatis mentis magnitudine cum exercitu suo: tam de tyrāno q̄ de omni fa-
 ctione uno tempore iustis rempublicam ultus est armis. arcum triumphis insignem dicauit. Alium similiter
 pene integrum Lucii Septimi iuxta sanctum Hadrianum sub capitolio cernimus: in quo talis stat titulus.
 Imp. Caes. L. Septimo. M. F. Seuero Pio pinaci auo patri patriae parthico arabico & parthico adiabenco
 Pot. max. trib. potestatis. xi. Imp. xi. Cos. iii. procos. Et Imp. Caes. M. Aurelio. L. F. Antonino Augu. Pio fae-
 lici tri. pot. vi. pcos. P. P. optimis fortissimisq; principibus ob remp. restitutam imperiumq; ro. propagatū
 insignibus uirtutibus eorum domi forisque. S. P. Q. R. Videmus & alium semidirutum iuxta palatium
 & templum Pacis in uia sacra: in quo hae quoq; inscripta sunt uerba. S. P. Q. R. Diuo Tito Diui Vespā-
 siani. F. Vespasiano Augu. Et licet etiam in hoc arcu ex uno quidem latere: ipsum Titum triumphantem in
 curru a quattuor equis ducto conspiciere: ex altero uero latere uasa templi: & candelabrum illud ditissimū
 septem ramorum: tanq; ante currum Titi portarentur insculpta. De quibus Iosephus libro septimo de bel-
 lo iudaico describens Titi triumphum sic ait. Spolia uero alia quidem passim sequebantur. Eminebant
 autem ante duces ea quae apud hierosolymam in templo reperta sunt. Mensa aurea ponderis talēti magnis
 & candelabrum similiter quidem auro factum: sed opere commutato ab usu nostrae consuetudinis. Nam
 media quidem columna basi habebat: tenues autem ab eo cannulae producebantur formatae ad similitudi-
 nem fuscinae: & in summo quaeq; in lychnis speciem fabricatae erant numero septem septimi diei: qui apud

iudæos est indicantes honorem, uel ut idem auctor alibi dixit stellas errantes significabant. Et subdit post hæc autem portabatur lex iudæorum nouissima spoliatorum. Et postq̄ totum triumphum descripsit infra subdit: Vespasianus pacis templum ædificare decreuit. Itaq̄ mira celeritate: & quæ hominum cogitationes superaret effectum est. magna enim diuitiarum largitate usus: insuper perfectis id picturæ: ac figmentorum operibus exornauit. Omnia nãq̄ in illud phanum colecta sunt ac deposita: quorum uisendorum studio p̄ totum orbem: qui ante nos fuerunt homines uagabantur: quomodo aliud apud aliud sitū esse uidere cupientes. Hic autem reposuit etiam quæ iudæorum fuerunt instrumenta his sese magnifice ferens. Legem uero eorum & penetralium uela purpurea in palatio condita seruari præcepit. Hieronymus similiter super Ioh̄elem: Vespasianus inquit & Titus romæ templo Pacis ædificato: uasa templi hierosolymitani: & uniuersa donaria in delubro illius consecrarūt. quod ut subdit græca & romana narrat historia. Est & alius arcus iuxta ecclesiam sancti Georgii. In quo talis est inscriptio. Imperatori. Cæsari. L. Septimo Seuero Pio p̄tinaci. Augu. Arabic. Adiabenic. Parth. M. fortissimo scilicet. pont. maximo. trib. potest. xii. Imp. xi. Consl. iii. patri patriæ. Et Imp. Cæs. M. Aurelio Antonino Pio scilicet. Augu. tribu. potest. vii. Cos. iii. P. P. procos fortissimo scilicet. principis & Iulie Augu. matri Augu. ii. Et castorum & senatus & patriæ. Et Imp. Cæs. M. Aurelii Antonini Pii scilicet. Augu. parthici maximi britannici maximi argentarii: & negotiantes boarii huius loci deuoti numini eorum. Cernimus & arcum alium in macello: quæ supra Galieni imperatoris fuisse diximus. Quin & alios q̄ plures: quorū inscriptiones & tituli sunt demoliti. Quidam tamen diuinare uolūt arcum illum: qui in uia flaminea iuxta ecclesiam beati Siluestri: & Laurentii in lucina conspicitur. Domitianus principis fuisse: a quo licet tituli & marmoræ cruce ablatae fuerunt. In una tamen quæ restat Domitianū eum sculptum esse uolunt: qualis a Suetonio describitur. Sed tunc sedentem dormientemq̄: & Mineruam: quam superstitiose colebat somniantem excedere sacrario: negantemq̄ se ultra eum tueri posse: quod exarmata esset a Ioue. Fecit etiam Claudius teste Suetonio Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompei theatrum decretum quidem olim a senatu tamen omissum peragit. Fuerunt & romæ templa phanaq̄: admiranda: & sacella pene innumera: ut templum Iouis capitolini cum his quæ supra retulimus. Templum Isis in campo martio: ut uidimus in dictione Osiris. Cuius reliquias quasdam porticus & marmoreas columnas inter Antonini columnam: & pantheon conspici quidam uolunt: quæ phani ipsius magnitudinem & pulchritudinem aliquantulum argumentari uidentur. Nec inde longe ex antiquis ædificiis templum p̄ magna parte integrum conspicitur: quod pantheon cum. th. aspirato ab historicis cognominatur. Quod mea quoq̄: interpretatione summum deorum indicat. Nam ~~tem~~ denotat omne quod sane in similibus saepe comperi ad summum spectat: & ~~deorum~~ deorum. Vnde ait Plinius libro. xxxvi. naturalis historia: pantheon Ioui ultori ab Agrippa factum fuit. Dion uero historicus græcus pantheon dictum ait siue q̄ in Martis Venerisq̄: imaginibus sub ipso templo constitutis omnium deorum imagines effictæ erant: siue ut potius arbitrari uidetur: q̄ templum ipsum rotundum sit: caloq̄: persimile: & sic quoq̄: omnium deorum habitatio censeatur. Sed quod ab Agrippa factum fuerit: ostendit etiam idem Plinius in. xxxiii. eiusdem operis cum ait: Syracusana sunt in pantheo capita columnarum posita ad id idem titulus in frontispicio templi sic indicat. M. Agrippa L. F. consul tertium fecit. Deinde ab Hadriano instauratum fuisse Spartianus i cuius uita attestatur. Quin & post hanc instauracionem aliam a. L. Septimo & M. Aurelio Antonino minoris ostendit Macrobius in saturnalibus dum magnitudinem eius unionis describit: quem in auribus Cleopatra gestabat. Cuius magnam partem per acetum consumpserat in conuiuio: quo. M. Antonius sumptibus superare contendebat. Sed q̄ superfuit uicta regina: & capta ægypto romam delatus dissectusq̄: est. Et facta ex una margarita duæ ipsæ: & simulachro Veneris: ut monstruosæ magnitudinis conspiciuntur in templo: quod pantheon dicitur. Fuit et templum Pacis Vespasiani opus: de quo paulo ante uidimus. Nec i tota urbe alterius ædificii ruinae spectabiliores admirabilioresq̄: cernuntur. Præter hæc & aquæ ductus multiplices & admirandi romæ fuerunt qui aquas in urbem teste Frontino: qui de his proprium librum ad Neruam imperatorem scripsit: uarie cōducebant: quas omnes Sextus Rufus: qui post illum fuit in descriptionibus suis: undeuiginti connumerat uidelicet: traianam: anniam: atticam: martiam: claudia: caruleam: iuliam: augusteam: appiam: algentianam: cyminiam: labatinam: aureliam: damnatam: uirginiam: tepulam: seuerianam: antonianam: alexandrinam: quæ uel a conditoribus: ut traiana: annia: martia: & plures alia: uel a locis unde ducuntur: ut cyminia: uirginat: carulea: & alia nonnulla nomen assumpserunt. Virgilius in septimo: Et cymini cum monte lacum. De martia sic inquit Plinius libro. xxxvi. naturalis historia: dicantur nunc uera æstimatione inuisa: alibi miracula. Q. Martius iussus a senatu aquarum anienis ductus reficere nouam a nomine suo appellatam. Cuniculis per montes actis intra præturæ suæ tempus adduxit. Agrippa in ædilitate sua adiecta uirginat aqua cæterisque corruatis: atq̄ emendatis lacus septingentos fecit. hæc ille. ob quæ puto subiratum respondisse Augustum romanæ plæbi uinum petenti. Cum apud Suetonium ait: tot aquas introduxit Agrippa gener meus & uinum quaritis. Sed non longe post prosequitur Plinius uicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis incohata. C. Cæsare: & peracta a Claudio. Quippe lapideam excelatatem omnes urbes &

fontes æquantem: ut lacra impleret curtos atq; cæruleos fontes addiduos. Erogata in id opus talentum
quingenta sexaginta milia. Et profecit idem Plinius. Si quis aquarum abundantiam in publico bal
neis: piscinis: euripis: domibus: hortis: suburbanis uillis: spacijs uenientium: extructos arcus montes pfo
sos: conualles æquatis: fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. hæc ille. quæ si quis la
tius noscere cupit legat Frontinum de aquæductib⁹ ad imperatorem Neruam. Cuius tempore ob aquarum
copiam urbem dicit a ueteri infamia purgatam: quæ tribus mensibus anni dicebatur pestilens. Fuerunt &
romæ thermæ theatraq; & amphitheatra. de quibus in propriis dictionibus uidimus: uidebimusq;. Sed quæ
nonnullis dubium est ubi nam fuerit domus Neronis: quæ aurea dicta fuit: de illa quæ nostri auctores scri
psere referendum explanandumq; duximus. De qua primum Suetonius in illius uita scripsit domum dicēs
a palatio exquilias usq; fecit. Quæ primo transitoriam: mox incendio absumptam restitutamq; auream no
minauit. De cuius spatio atq; cultu suffecerit hæc retulisse. Vestibulum eius fuit in quo colossus centumui
ginti pedum staret. Ipsius effigies tanta laxitas: ut porticus triplices militares haberet. Item stagnum maris
inlar circumseptum ædificiis ad urbium speciem rura insuper aruis atq; uinetis: & pascuis siluisq; uaria cū
multitudine omnis generis pecudum atque ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita distincta gemmis
unionumq; conchis erant: cœnationes laqueatæ tabulis eburneis uersatilibus: ut flores fistulis & unguenta
desuper spargerentur: præcipua cœnationum rotunda: quæ perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circū
agerentur. Balneæ marinis albulis fluentes aquis eandem domum cum absolutam dedicaret hæcenus com
probauit: ut se diceret quasi hominem tandem habitare cœpisse. hæc Suetonius. De eadem Cornelius Ta
citus ubi incendium romæ descripsit: sic inquit. Eo tempore Nero Antii agens nō ante in urbem regressus
est: q̄ domui qua palatium & Mecennatis hortos continuauerat ignis appropinquaret. Neque tamen sissi
potuit quin & palatium & domus & cuncta circum haurirentur & infra subdit. Cæterum Nero nixus ē pa
triaruin extruere domum. In qua haud proinde gemmæ & aurum miraculo essent solita pridem & luxu
uulgata: q̄ arua & stagna & in modum solitudinum hinc siluæ & aperta spatia & prospectus. Itaque teste
Plinio in trigefimo tertio naturalis historia: apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem. Et in. xxxiiii. de
eadem inquit. In aureæ domus Neronis solariis aues ex argento mirabili opere sculptæ fuerunt. Et libro
trigefimo sexto dixit. Eam in domum Neronem inclusisse ædem fortunæ: quæ ex lapide pheginide translu
cens ædificata foribus clausis claritatem diei intus haberet. Verum hæc domus a sequentibus deinde prin
cipibus diruta fuit: & uaria desuper ædificia constructa. Inter quæ amphitheatrū id fuisse accepim⁹: quod
colosseum a Neronis colosso uocamus: dicente Martiale: Hic ubi conspicui uenerabilis amphitheatri Eri
gitur moles stagna neronis erant. In eadem domo superædificatæ fuerunt & thermæ: dicente eodem Mar
tiale: Hic ubi miramur uelocia munera thermas: & reliqua: quæ uidimus in dictione amphitheatrum: & di
ctio colossus. Nam quia colossus ille Neronis relictus fuit: qui stabat in porticu domus aureæ: & iuxta
illum amphitheatrum constructum fuit dicta est moles tota colosseum. Ex quo sane Neronis colosso: ut
scribit Helius Lampridius in uita Commodi Antonini Neronis caput Commodus abstulit: & suum super
impofuit: ac titulum more solito subscripsit: & certe apud lateranensem ecclesiam nō longe ab amphithea
tro caput grande æneum etiam nunc aspiciamus: quod Commodi fuisse ex numismatum imagine depræ
hendimus: ob quod nonnulli id eē putant: qd̄ ipse spurcissim⁹ Commodus capiti flagitiosissimi Neronis sub
rogauit. Conspicitur & hoc tempore moles: non longe ab arcu Constantini: & amphitheatro colosso:
hoc est ante beati Gregorii monasterium: quam a nonnullis septizonium: ab aliis septodium uocari legim⁹
Nam cum magna ex parte demolita sit: tres adhuc i illa columnarum ordines inuicem superimpositos hoc
tempore uidemus. Hanc quoque molem Seueri Aphri imperatoris ex Helio Spartiano fuisse depræhen
dimus. Ait enim de illo loquens opera eius publica romæ præcipua extant. Septizonium & thermæ se
uerianæ. Et paulo infra subdit: cum septizonium faceret nihil aliud cogitauit: q̄ ut ex aphrica uenientes
suum opus cernerent: & medium simulachrum eius locatum additum palatinis ædibus. Is regium arcum
ab ea parte facere uoluisse perhibetur: quod etiam post Alexander cum uellet facere ab aruspibus dicitur
esse prohibitus: cum hoc sciscitans non litasset. Iulius uero Capitolinus in Antonini Getæ uita: qui ei⁹ Se
ueri filius fuit non septizonium: sed septodium dixit. Nam de Antonino locutus inquit. Illatus est maiō
rum sepulchro: hoc est Seueri: quod est in uia appia euntibus ad partem dexteram specie septodii structum
quod ille sibi uiuens ornauerat. hæc ille. Quæ sane uocabula diriuationem græcam detinēt. Ita ut uel septē
zonarum ædificium fuisse dicatur: uel septem uiarum: hoc est per illas zonas incendiū: ut iam cōspici libet.